

RUPER. ABBATIS TUTIEN. DE VICTORIA VERBI DEL.

dixit deus. Fiat homo, sed faciamus ait hominem ad imaginem & similitudinem nostram. De ista parte creaturet deus id est de humano genere, qualiter pro illo verbum dei certauerit, & per semetipsum vicerit, non plane sunt historie sacris digestae literis, non solū euangelicis sive apostolicis, verum etiam legalibus & prophetis. Porro de alia, id est angelica creatura, quale in celo certamen fuerit, tantundem notum est, quantum ex cetero modi sermonibus prophetis valer agnosci, quos ex parte aliqua contingere sine explanare precedentis libri ratio postulauit. Sacrum nunc scriptor historiae, in quo qui per illi scriptis digitus deus, ea sufficere iudicans, que ad rationes pertinent generis humani, ferre nihil de angelorum conditione, reprobatur spiritu prevaricatione narravit, nisi hoc tantum, quia dixit deus. Fiat lux, & facta est, & vidit deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem & tenebras, appellauitque lucem die, & tenebras noctem. Quod de angelis esse dictum, quam recte doctores praecipi fenserent, hic præterendum non esset, nisi quia iam in alio opere tractatum est, & alterius nunc incipi curiosus nos derineret.

Diabolus veterem diuum nominis ambitionem retinuisse, deum vero in proposito prouenientem homini ad similitudinem suam perslitisse.

CAP. VI.

Pulcher locus, & pulchra facta erat possessio dei, ubi prius erat abyssus, & tenebris super factum abyssi. Erant autem hec omnia valde bona per verbū facta, quia sicut iam prælibatus est de singulis dixit deus, fiat, & facta est ita. Iustus igitur eiusdem verbi, eiusdem dei debebant esse omnia. Sed oī infinita diaboli ambitio, proiectus de ecclesio principatu arriperet præsumpti tyrannus furiosus in hoc mundo, eandem quippe spirans diuini nominis auditatem, qua diverserat in ecclesio. Super astra dei exaltabo solū meum, id est, super omnē dignitatem sanctiorum angelorum, & sic ero similis altissimo, saltem sic adimplere cupitus audacie propositum, ut super hac astra visibilis, super solem, & lunam, & stellas leuaret nomen suum, id est, coleretur ab hominibus ut deus, sub nominibus solis, luna, stellarium, & ætheris, & terræ, & maris, & volucrum quoque, & quadrupedum, & serpentium. Hanc horribilem spirans ambitionem, tria simul intendit, scilicet ut & hominem in primis decipiens faceret sui similem. Deinde omnis creaturæ honore vel obsequio, quantum in se erat, spoliaret creatorē, & libinet deitatis usurpare incomunicabile nomen. Porro, dei & verbi eius haec erat pia intentio, sanctumque propositum, ut hominem faceret sibi consimilem, id est, sive bonitatis imitatorum, sive diuinitatis capacem, ut homo inservias ipsius à creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta consiperet, & conspicens sive intelligens ipse quod natura non erat, gratia deus fieret. Hoc intendens & proponebant dixerat ipse, per magnam sive bonitatis abundantiam. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, videlicet ad imaginem in eo, ut esset creatura rationalis, ad similitudinem in eo, ut esset imitator sui creatoris, & imitando illum, proficeret ad gloriam visionis dei. Sic propositum, & sic nunc tandem est implutum. Charissimi (inquit Iohannes) nunc filii dei sumus, sed nondum apparuit, quid erimus, scimus quia cum apparuerit Christus, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

Diabolus impedit voluntate propositum dei, & cur deus homini præceptum posuerit.

CAP. VII.

Hoc propositum ausus est impetrare, ut expugnaret Satanás, idemque diabolus verbi dei, quod est veritas, semper in adversariis, ne fieret sicut proponeretur deus. De duabus propositis eius distinctionibus auferre intendit vna scilicet similitudinem diuinam. Duo quippe dicta fuerant, videlicet ad imaginem & similitudinem nostram. Ita miseri redire intendit hominem ut ex deo sola retineret imaginem, nec attingete similitudinem, tanq; diceret. Factus quidē sive homo ad imaginem dei, ut sit rationalis & æternus, sed mihi similis, sive dei contempor, meiq; imitator esset. Coepit prior facere deus quod sive erat, id est, eis creasset ad imaginem suam hominem, coepit illū informare ad similitudinem suam. Sic enim scriptum est, & norando diligenter, præmisso. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ac subiungo. Et creauit deus hominem ad imaginem suā, ad imaginem dei creauit illū, ubi de similitudine omnino tacitū est. Non enim creauit, sed informando perducet deus hominem ad similitudinem suam, post plura sequitur ita. Præcepit ei, dicens. Ex omni ligno paradisi comedere, de ligno autē scientia boni & mali ne comedas. In quoconque enim die comedederis ex eo, morte morieris. Hoc verbum, hoc præceptū si custodiisset, profecto ad similitudinem eius qui dixerat, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, bene formatus astisset. Deus nanc; qui dixerat, faciamus, Trinitas est, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Et impresio præcepti eius si fuisset admissa, tria formasset, que sunt charitas, spes, & fiducia, que nūc non ab re doctrina Christiana sic reciprocata, fiducia, spes, & charitas. Ad id quod dixerat. Ex omni ligno paradisi comedere, charitas debuit occurtere, ut diligere homo deum sufficiens sibi offerrentem magna largitate. Ad illud. De ligno autē scientia boni & mali ne comedas, spes prompta debuit assurgere, ut consideret largienda sibi fore maiora propter obedientię subiectiōne, ab eo qui ī gratis tantā impenderat largitati. Ad id quod subiunxit,

In quo

LIBER II.

Fol. 10.

In quoconque enim die comedederis ex eo, morte morieris, debuit adesse fides hominis, ut credere verbo dei, tanquam veritati. Hæc ergo tria si non defuerint homini, iam tunc factus fui, sed similitudinem dei, quoniam in his tribus haberet signaculum trinitatis.

Diabolus serpentem ingressum, decepto homine, meruisse, ut iam dicatur serpens antiquus.

CAP. VIII.

Egit contra ille hostis dei, ut non recuperet homo præceptum dei, ut sibi potius quam deo fieret homo similis. Serpente namque ingressus. Cursus (inquit ad mulierem) præcepto vobis deus, ut non comedederis de omni ligno paradisi? At illa Ne forte (inquit) moriemur. Et ille. Nequaquam (ait) morte moriemini. Sed cur præcepisti? vultus melius noster cur ita præcepisti? Ecce dico vobis. Scit enim deus, quod in quoconque die comedederis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. scientes bonū & malū. Credidit mulier magis diabolo, quia deo, magis serpenti quam creatori, & ambo comederunt, scilicet mulier & vir. Itaque similitudinem dei perdiderunt, & ei potius facti sunt similes cui crediderunt, quia simile peccatum admirerunt. Propter quod enim peccatum ille cecidit de ecclesio, nisiquia dixit. Ascendam in cœlum, & simili ero altissimo. Quid autem aliud in prævaricatione illis presumere perfusat, dicendo. Co-

Serpens antiquus.
Genes. 3.

Ezra. 14.

Genes. L.

Iob. 40.

Antiquus.

medite, & eritis sicut dij. Ignotus quasi pakanum de homine obtinuit aduterarius dei, & magnificè gloriabatur, quali vicis et & avertitser penitus propositum dei, vtputa dicens in corde suo. Non deus ad similitudinem suam, sed ego effici hominem ad similitudinem meam. Ex eo qui prius causas habuerat, ut vocaretur diabolus & Satanás, iam tertiam habet causam, ut adiuc alio nomine vocetur, scilicet, serpens antiquus. Hoc est illi opprobriū sempiternum, quod tali nomine censetur. Hoc illi exprobaret verbum dei, deit veritas, quia pro admittendo tali sacrilegio serpentem ingressus est, venenata totus ardens inuidia. Qui enim hoc intendens cum suis let summus angelus, abiectum reptile ingressus est, vt suum mendacium deserpete in muliere, de muliere in virum serpere faceret, ad perditionem totius posteritatis, ad mortem totius generis humani. Nonne merito nomen serpenti hæreditauit?

Quare diabolus serpens antiquus, deus autem antiquus dierum appelletur, atque predicetur.

CAP. IX.

Nec vero præterendum, quod non solummodo serpens, verum & cum adiunctione serpens antiquus cognominatur. Recepit siquidem sic predicator, quia multo vetustior est serpente illo visibili animante sive reptili, quem ingressus, & per quem locutus venenum deceptionis effudit. Ille namque sexta die mundane creationis inter animantia carcer creatus est, dicente deo. Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, reptilia, & bestias terrestres secundum species suas. At ipse videlicet diabolus quam verus est. Ipse est principiū viae regni dei, at ipse deus ad beatum Iob. Multum ergo antiquus ille serpens est. Attamen non sic Antiquus, prædicatur, vel prædicari debet antiquus, quo modo deus. Ille namque solus sic prædicatur antiquus, ut hoc ipsum adiectiuū vice proprii nominis ponatur, ut illuc. Asperiebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Item. Et ecce in nubibus coeli quali filius hominis veniebat, & vlique ad antiquum dierum peruenit. Huiusmodi dictio per tropū ponitur, qui à grammaticis Antonomasia dicitur, videlicet cum vice nominis, aliud quid insigniter predicari. Igitur Antonomasia dicitur serpens antiquus quidem, & ab initio nocens & persequens. Antiquus (inquam) adiectiuū fia, dicatur. Solus autem deus, quia ab æterno & in æternum est, quia sine initio, & sine fine est, proprio vel proprio nominis vice, antiquus dierum gloriolē predicetur. Taliſ viator, ut sibi videatur, qualem & quam congruum sive victoriae acquisiuit titulum, ut vocaretur extincionis serpens antiquus, & diabolus & Satanás, contra quod deus dicitur & est solus antiquus dierum, & solus altissimus, & solus verbum eius veritas.

Diabolus (cum deciperet hominem) iijdem sum fraudibus, quibus nunc Sophis & vtuntur.

CAP. X.

Porro, victoria eius in qua gloriabatur (ut iam dictum est) talis erat, qualis odibillum Sophis, phistiarum esse lolet. Nam per aquiuocationes, incautos & imprudentes circumuenient in primis, dicendo. Nequaquam morte moriemini, volens intelligi mortem carnis, quae est leprosum animae & corporis, cum deus dicendo. In quoconque die comedederis ex eo, morte morieris, intelligi voluerit mortem animae à deo. Deinde dicendo, Aperientur oculi vestri, aperitione oculorum valde nequierit aquiuocauit. Est enim alia apertio oculorum, quia cognituri erant consubtiliter se esse nudos. Et est alia, quae illuminatio dicitur, vt nihil latere possit. Illum priorem modum aperitionis oculorum ille proditor intendit, hunc autem posteriorē, sed ut a muliere intellexit. Similiter aquiuocē dixit. Eritis sicut dij. se & suos angelos cogitans, quos intendebat generi humano ita ingerere, ut diuinam illis exhiberent culturam. Ipsos aut̄ intelligere volēs, quod æque ut creator deus vera diuinitate dixerint. Item dicendo, Sciens bonum & malum, Genes. 3.

B iii boni

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I ,

boni & mali cogitabat experimentum. Ipsos autem volebat intelligere, scientia omnium rerum bonarum sive malarum, scientiam omnium, inquam, sive praetitorum, sive presentium, sive futurorum. Idcirco dicere noluit, scientes omnia, sed scientes (inquit) bonum & malum, ut dum cuncta euensiissent contra spem, sensumque illorum, ipse nihilominus seipsum defendere posset tanquam veracem, & omnia vera locutum. Recte igitur sapientia, Qui sophistice (inquit) loquitur, odibilis est, omni re defraudabitur. Non enim data est illi a domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est. Cum haec dicit, recte subaudimus, quemadmodum ille serpens antiquus, qui vere omni scientia defraudatus est. Sic in eum per prophetam inter cetera dicitur. Perdisti sapientiam tuam in decoro tuo. Sic enim quisquis eiusmodi est, ipse similiter quemadmodum ille serpens omni est sapientia defraudatus, nec vere dici potest sapientia, sed malicioſus.

Ecclesiastes 7,7.

Ezechiel 28,2.

Hominem non ex ignorantia, non ex infirmitate, sed ex superbio peccasse.

CAP. XI.

Nec vero tantummodo de victoria gloriabatur, verum etiam de iustitia, sive de iusta Victoria sibi metu placebat, dei & homini inimicus nimis iniustus. Nec enim inuitum, sed volenter hominem vicerat. Denique neq; de ignorantia, nec de infirmitate homo exculari poterat. Quomodo de ignorantia excularetur, cui rem per semetipsum nota fecerat deus? Quomodo de infirmitate, qui nullas corporis vel carnis sue pugnas patiebarunt? Ne fatus esuriret, sufficere poterant cetera omnis paradisi ligna, que grata largitatem abundanter uno excepto tribuerat. Ex omni (inquietu) ligno paradisi comedere, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas. Restat, ut per superbiam & contemptum peccasse credatur, nolendo, scilicet pati in periculum, nolendo recognoscere quid eundem quem creare, & tam deliciis paradisi habebat largitorem, deberet habere etiam praecipitatem & dominum. Ita esse litera quoq; manifeste declarat. Cum enim dixisset dominus deus ad mulierem. Quare hoc fecisti nullum subiectum aut humilitatis verbū respondit, sed hoc tantum dixit. Serpens decepit me, & comedi. Adam quoq; nihil aliud respondit, nisi hoc. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, profecto responsa hæc nō consentientia domino, haud & humilium, sed rebellium sunt & contumaciam. Palam enim faciente dicta hæc, quia non quasi per vim capti, sed quasi trans fugae defecerant ab imperio legitimi domini, & creatoris sui. Igitur quodam quidem iure genui humanum per usus hostis extremitate deincebat, sed nihilominus in ipsum tota perditionis hominum causa redundat. Nec verius iusta fuit eius victoria, quam eiusdem iniudicantis callida malitia, & malicioſa calliditas.

Genes. 2,

Genes. 3,

Non dei prouidentiam culpandam, sed creatura leuitatem accusandam, quum consideratur, tam angelum quam hominem non potuisse sustinere magnitudinem diuina beneficentie, ne superbiret.

CAP. XII.

Scrutatores secreto dei.

Rom. 9,

Disceperant nunc vsque hominem curiosi, & inquieti secretorum dei, scrutatores nimis, scrutatores suspiciosi. Quare inquieti, Deus omnipotens & deus omnia sciens, non praevenit, non precauit, ne illa contingenter. Si volui angelum in celo, & hominem permanere in paradiſo, cur non prauidit, cur non prius effecit, ne vel angelus in celo vel homo peccaret in paradiſo. O homo quisquis es, qui veritas quæstiones huiusmodi, delineat pulsa altitudinem maiestatis creatricis, magisq; pulsa & accusa leuitatem vtriusque creature rationalis, scilicet tam angelum quam hominem, quia neuter ingentia dei beneficia sustinuit, vterque grandia dei dona in materiam veritatis superbiedi. Quid enim nisi bonum creatoris donum in superbiam exultit, tam hominem quam angelum. Illum in apice celistissimum angelicæ constituit, istum patrem multitudinis hominum, multitudinis sanctorum, & dei filiorum esse volens, in paradiſo collocavit. Nimis magna vtriusque celistissimo, illius in principatu angelico, istius in propagando genere humano. Neuter pondus tanti honoris humiliiter ferre potuit, vt pote vterque creatura leuis. Unde autem leuitas vtriusque creature, nisi ex propria conditione? Et ut manifestius dictum sit, vnde vterque leuis, nisi quia de nihilo vel de non existentibus creatra est? Creatus quidem est homo de aliqua materia, scilicet de terra, sed ipsa terra de nihilo creata. Similiter angelus de qualicunque materia creatus sit, ipsa eius materia de nihilo creata est, quia ergo tam angelus quam homo de nihilo creatus, creatura leuis est, & nisi ipsum, per quod creatra est verbum domini verbum in creatum per amorem suscipiat, nullius ponderis est, nullum dei donum, sive beneficium ferre potest humiliiter. Quid ergo homo deum accusas, si cuncta dona sua creatura subtrahit, nihilcum confert, ne habeat occasionem superbendi ipsa creatura, sive angelica sive humana quid erit? Si autem omnia vni, quæ cuiilibet creaturæ conferat, non supportat creatura per elationem subuersa. Ecce comprobatum est ex duobus, scilicet ex summo angelo & ex homine, qui prior conditus, & pater omnium fuit constitutus, quia principium omnium nullus humiliiter ferre potest, nisi deus increatrus.

Vtile

L I B E R . II.

Fol.

11.

Utile fuisse, ut revelaretur per experientiam quod nouerat deus per scientiam, scilicet, non posse principatum creaturarum humiliiter sustiniri, nisi a Verbo incarnato.

C A P V T . XIII.

Comprobatum (inquam) est, hoc notum esse valde tam angelis quam hominibus electis utile esse. Dicit enim apostolus, Scimus ait, quoniam diligentibus dei omnia cooperantur in bonis? Profecto non parua cooperatio est bonum res gesta, per quam ad cognitionem creatoris eruditivi sunt, & erudiuntur vtriusque nunc. Scimus enim, & adhuc discimus recolendo ista, que nunquam obliuisci debemus, quia necessarium sive, ut neq; angelus, nec homo quisquam principiarum totius creature adipisceretur, sed solus deus ipse, qui veraciter dicere potest. Discite a me, quia misericordia sum, & humiliis corde. Planè & cum angelum summum in celo, & cum protoplastum collocaret in paradiſo, illum super ceteros angelos, istum ve humani generis esset unus propagator sciebat apud se, neutrū posse in talis disciplina magisterio ceteris presidere, ve diceret. Discite a me, quia misericordia sum, & humiliis corde. Sciebat (inquam) sed nō eo modo quo scire vult res, de quibus iudicariam debet proferre sententiam. Exempli gratia, Sciebat quale peccatum esset Sodomæ & Gomorrah, & tamen dicebat. Descendam, & videbo, utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam. Ergo modo quodam nouerat, scilicet per scientiam, modo quodam nondum nouerat, videlicet per experimentum. Ita & antequam angelum sublimaret in celo, & humani generis propagatore in paradiſo, nouerat iam vtrumque per scientiam, sed nondum per experimentum. Noluit ante experimentum proferre iudicium, expectans ut notitiae suæ participes electos haberet, tam homines quam angelos, quod ab experimento actum est, & vtriusque perutile est. Sed iam ad ipsum certamen & victoriæ verbi dei secundum res gestas recolendam ordinis accedendum est.

Deum quasi dormiuſſe, dum deciperet hominem serpens, deinde excitatum, tanquam potentem crapulatum à vino percussisse inimicos suos.

CAP. XIV.

Paululus quasi dormiterat dominus deus, quodammodo dormierat, interim dum res accidit, qua se serpens ille victorem esse, id est, propositum dei auertisse putabat. Nisi enim dormitaller lieve dormiliter, nihil adulterius eius efficeri potuerit. Hoc ipsum videlicet eum dormitio dormitione quadam, proper quam solemus dicere. Exurge, quare obdormis dominus? Scriptura innuit, cum dicit. Et cum audirent vocem domini dei ambulatis in paradiſo ad auram post meridiem. Post meridiem namque deambulare ad auram, consuetudinis humanae est ut post calidum soporem quispiam qui sorti crapulatus obdormierat in auro tepido respiret, & corpus suum refrigeret ac releuat. Dormierat ergo quadam dormitione, id est, taciturnitate, permitendo serpem accedere, mulierem colloqui cum serpente, virum quoq; mori pariter per inobedientiam morte animæ. Porro, ut sic dormire deus, culpa hominis extitit, quia deus neq; gratias agendo, neq; inuocando excitauit. Quod igitur à diabolo factum fuerat, nisi quoddam latrociniuum? Quomodo gloriarri soleat fur cum furatus recesserit, sic ille deceptor ad horam gloriarri pro sceleris suo potuit. Verum sicut tempore longe posteriori factum, & scriptum est. Et excitatus est, tanquam dormiens dominus, tanquam potens crapulatus a vino, & percussit inimicos suos. Ita & de illo tempore recte dici potest. Excitatus enim est tunc, tanquam potens crapulatus a vino, id est, tanquam negligens factus hominis proper aulam superbie, qua deo fieri similis ambierat homo. Excitatus (inquam) est, id est, requiuit perditum, & percussit inimicos suos, videlicet serpentem, virum, & mulierem. Quo percussisse eos? Nimirum verbo suo verbo videri, singulis quidem pro meritis, sed non eadem animaduersione percussit. Nam quando percussit quis inimicum suum ut interficiat illum, ita percussit serpentem antiquum ut damnaret, inquit ut damnationis sententiam confirmaret super eum. Et quomodo percussit quis illum, vel seruum suum, ut corripiat eum, ita percussit superbientem hominem, ut ad humiliatem, quæ initium salutis est, reduceret eum.

Quibus verbis, & quare serpente, viru, & muliere increpauerit deus. CAP. XV.

Genes. 3,

Ait enim ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animalia terræ, super peccatum tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vite tuae. Mulieri quoq; dixit. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ad verò dixit, Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eam, &c. vñq;. Donec reuerteris in terram de qua sumptus es, quia pulsus es, & in puluere reuerteris. Protecto neq; mulieri maledicta es, neq; viro maledictus es, dixit. sed tantum hoc, maledicta terra in opere tuo. Cuius videlicet terræ maledictio non aliud est quam multitudine & frequens afflictio, quam per varios eventus terræ ex eo corrupta & deteriorata affligitur homo. Soli serpenti dixit, maledictus eris, quo videlicet disto, firma & immurabilis terra. intelligenda

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

intelligenda est sententia eternae damnationis, quamvis enim ita litera sonet, ut de animante serpente possit intelligi, nihilominus tamen & multo amplius de serpente diabolo totum operari intelligi. Alioquin quomodo pro maledicto vel poena maledicti repurabitur illi, quod dicatum est ei. Super peccatum tuum gradieris, cum hoc ipsum prius à natura habererit, quam diabolus eo vobis fuisse ad perditionem hominis. Magis ergo illi serpentis antiquo hoc posuit est in maledicto, ut supra peccatum suum gradiarur, & terram comedat cunctis diebus, id est, ut super homines eos tantum, qui ita terra sunt, ut non desiderent, aut respiciant colum, querat & deuoret odio insatiabili, corde impudenti, ita datu in reprobationem, ut contra intentionem suam, semper bonum dei circa electos, dum impeditur nimirum, magis expediatur, & adiuuet propinquum. Quod est modo gradus super peccatum proprium. Porro ad mulierem & ad virum quaecunq[ue] dicta sunt, etiam ipsa mors corporis, quam imponens misericordis deus, quia puluis es, ait, & in puluere reverteris, verba sunt corripientis & salutare cupientis, & iam tunc vias hominis auersti, sepienis spinis, ut saltum sola vexatio det intellectum auditui, memoremque faciat hominem sua conditionis, ut humiliatus corrigi possit & salvari.

Quare prima promissio conterendit serpentis, que fuit caput Victoriae Verbi, non ad mulierem, sed ad serpentem facta sit.

CAP. XVI.

Capitulo distulimus quod maximū est, & maximū ad præsentis operis rationem pertinet, videlicet illud, quod ad serpentem post alia supra memorata dixit deus. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa cōseret caput tuum, & tu insidiaberis calceano eius. Quid primum in hoc verbo gratiosa fides miretur? quid potissimum collauderet? Verbi veritatem, an verbi & Patriis eius bonitatem? Vtrumque collauderet, vtrumque dignè prædicare desidereret, quia verè magna bonitate sic elocutus est, magna & constante veritate locutio eius adimpleret. Inimicitias, inquit, ponam inter te & mulierem, tanquam dicere. Nunc mulier simul & vir tibi cōderat sunt, tecumque fecerunt pādum, & cum mortefodus percuterunt, vt pote quia a facie mea profugii atq[ue] absconditi, dum requiruntur a me, quare hoc fecerint, contemnunt vocem commouentis, & defendendo peccatum suum palam faciunt, quia tibi fauent, tibi consentientes tui amici sunt. Ego autem huiusmodi amicitias disoluam, interte & mulierem inimicitias ponam. Cur hoc ad ipsam mulierem non dixit? Poterat namq[ue] vbi dixit mulieri, multiplicabo ærumnas tuas & conceptrus tuos, &c. hoc ipsum sic ad eandem dicere. Inimicitias ponam inter te & serpentem, & semen tuum & semen illius, cur ergo non dixit? Nimirum duplēcum ob causam, primum, quia propter peccatum & peccati defensionem hoc mulier non merebatur, ut iam tunc ad eam promissiones tales, promissiones tanquam gratia ficeret deus. Deinde quia non ad ipsam Euam, sed ad alteram eisdem sexus personam, videlicet ad beatam virginem Mariam intendebat ipse qui loquebatur. Rēcte igitur non ad mulierem male meritam facta est auxiliatricis gratiae promissio, sed potius ad serpentem hostiles & bellicae ministratio. Quid autem hoc dico deus, nisi semen ipsum in proposito suo manere velle testabatur? Serpens namq[ue] insidiabatur, ne fieret quod proposuerat deus dicendo, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vicisse, & hoc proposuit se auctissime gloriabatur. Deus autem eisdem proposito sui victoriā in potestate habens serpentem comminabatur.

Per mulierem & semen illius intelligi quidem omnes electos, præcipue tamen beatam virginem Mariam, & semen eius, qui Christus est, sicut per semen serpentis, eos qui sunt ex patre diabolo, intelligimus.

CAP. XVII.

Equidem principaliter beata virgo Maria, mulier illa est, inter quam & serpentem inimicitias posuitur se dixit, & posuit deus, & semen illius, filius est ipsius, Iesus Christus. Verum tam quoniam mulier, vniuersale foeminei sexus nomen est, omnes per mulierem intelligimus personas electas foeminei sexus, & per semē mulieris omnes personas electas virilis sexus, quarum omnium videlicet personarū virtusq[ue] sexus Iesus Christus, cum eadem ex qua factus est muliere, princeps & caput est. Quid si ratio queritur, cur per semē mulieris persona intelligi debeant sexus virilis. Ait, qui de naturis scripsit, ex paterno foemine puellas, & ex materno pueros nasci, quia dupli semine constat omnis partus, cuius maior pars inuulnerit, occupat similitudinem sexus, igitur cum dicit. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, omnes electos, tam foeminei quam virilis sexus, per mulierem & semen illius intelligimus. Et contra. Sicut per serpentem diabolus, ita & per semen serpentis omnes iniqui & maligni homines imitatores eius recte intelliguntur, licet neminem generent, nec creauerit ille. Nam si iniqui & impii homines, serpentis, id est, diaboloi semen non essent, nequam dominus diceret Iudei. Et vos quae vidisistis apud patrem vestrum facitis, itemque vos facitis opera patris vestri, profecto diabolum volens intelligi.

Sequitur

L I B E R . II.

FOL. 11.

Sequitur enim protinus in eodem sermone. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vulpis facere. Forum qui tam confanter dicuntur semen serpentis, id est, filii diaboli, cœla vt nascerentur peccatum extitit, dicente deo ad mulierem, postquam peccauit, consentiēs diabolo, Multiplicabo erūnas tuas & cōceptus tuos. Porro illorū qui intelligunt per fernē mulieris casu Genes. 3. sa ut nascerentur extitit benedictio dei, qua ante prævaricationē primis hoībus benedixit, sicut Genes. 3. scriptū est. Masculū & feminā creavit eos, benedixitq[ue] illis, & ait, Crescite & multiplicamini.

Hanc inimicitiam caput & initium fuisse bellorum domini, & quid sacra scriptura dicatur liber bellorum domini, & liber iustorum.

CAP. XVIII.

Capitulum hoc initium est libri bellorum domini, cuius Moyses hoc modo meminit. Si quidem Arnon, ait, terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorros, vnde dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Quis enim est ille liber bellorum domini, vel quæ sunt bella domini? Constat nimirū ante ipsam, in qua hoc scriptum est, legem Moyses, nullos suos materiales, vel manuscriptos libros bellorum domini, sed nec villa nouimis bella alia domini, nisi illa, quibus extunde posuit inimicitis inter mulierē & serpentem, Inter semen mulieris & semen serpentis hactenus certatum est, & certabitur usq[ue] in finem seculi. Et contritum est caput serpentis, & idem videtur cunctis precipitabitur in di Liberi belli iudicij, quæ victoria est verbi dei. Ergo liber bellorum domini vñsue sancta scriptura est, cuius lorum do partem præcipuum, scilicet pentateuchon Moyses ipsi scriptus, & cætera volumina sacra veteris ac noui testamenti scribenda esse nō ignorauit, cum esset propheta, qualis ultra nō surrexit in Israhel, sicut de illo scriptum est. Quem nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atq[ue] portentis. Et quis dubitet librum eiusmodi, scilicet sacram scripturam, librum esse vel recte dici bellorum domini. Quid enim aliud continetur vel agitur in scripturis sanctis, nisi bellum & certamen verbi dei ad destructionem peccati & mortis. Dicitur autem eadem scriptura sacra, Liber iusti liber iustorum. Scriptum est enim, Planxit autem David planctum super Saul, & super Iona than filium eius, & præcepit ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Idem enim est ac si dicatur, Quomodo malè pugnatum fuerat propter Saul, quia verbum domini non custodierat, præcepit ut docerent filios Iuda, in quo sperare deberent belli fortius dinem, quæ intelligitur per arcum, id est, ut sic pugnare & victoriam sperare disseret, sicut docet omnis liber iustorum, omnis textus scripturarum latinarum. Igitur ab hoc initio libri iustorum, libri bellorum domini, quo sic deus edixit. Inimicitias ponam inter te & mulierē, & semen tuū & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calceano eius. Ab hoc, inquam, initio tanquam de monte excelsō contempletur verbi dei, descendente velut in campi planicie aduersus maliciam siue mendacium diaboli serpentis antiqui, qualiter pugnauerit, qualiter vicerit atq[ue] triumphauerit, ut completo proposito suo, in quo benedicens primis hominibus in constitutione mundi, dicat tandem, Venite benedicti patris mei, possidete paratu Matth. 25, vobis regnum à constitutione mundi.

Inter Cain semen serpentis, & Abel semen benedictionis, dominum statim inimicitias posuisse, & Abel victoriam verbi sua morte figurasse.

CAP. XIX.

Primus serpentis semen exitit Cain. Hinc Iohannes in epistola sua. Non, inquit, sicut Cain i. Iohann. 1. quiex maligno era serpentis, ergo semen erat, videlicet imitatio inuidie, non natura, Porro semen mulieris, semen benedictionis dei, primus exitit Abel. Semen autem mulieris dico, Genes. 3. quia sicut non ex peccato, proper quod mulieri dicitur est, Multiplicabo erūnas tuas & contemptus tuos, sed ex bono benedictionis, qua ante peccatum benedicendo & dicendo, Crescite & multiplicamini, nasci iussorat omnes lanctoris. Inter hoc semen mulieris, & illud semen serpentis, deus memor proposito sui, statim inimicitias posuit. Inimicitiarum principium illud exitit, quod à semeripso diffenserunt studiis diuersis, immo contrarijs. Cain namq[ue] insidelis & agricola Genes. 4. extitit, Abel insidelis & pastor ouium fuit, de quo Apostolus, Fide, inquit, plurimam hostiam Abel Hebr. 11. quā Cain obculit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perh[ab]ente munierat eius deo. Eo nimis modo maximū deus inimicitias posuit inter eos, videlicet munieribus, Abel testimonium perhibendo. Sic enim scriptum est, Et respexit dominus Genes. 4. ad Abel & munera eius, ad Cain vero & ad munera illius non respexit. Iratus est Cain vehe menter, & concidit vultus eius. Inimicitias ergo inter utrumque deus posuit, quia respectus dei in Abel, semini nequam inimicitiarum & odicaua extitit. Sed & illud considerandum, quia cōtra serpentem in ipsa oblatione sua, pius Abel vñsibilis inimicitias exercuit, offerendo agnū simplex animal, & innocuum contra serpentem malitiosum atque nocuum. Sed quid euēnit, qualis inimicitiarum tunc eventus extitit? Pium impius occidit, Semen bonum inuidia seminis nequam extinxit. Ecce initium bellorum domini. Hic primus ex facie verbi dei, victoriam eiusdem verbi, p[er] mortis præcursione declarauit.

Abel

Abel per institutam fidei, ad similitudinem dei factum, & hominibus mortuum, deo m-
litis vivere, imo loqui etiam.

C.A.P. XX.

Ecce iam unum hominem de massa illa, cuius principia fuerunt Adam & Eva, iuxta suam prouexit intentionem bonam, quam proposuerat dicendo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Iste enim non solum ad imaginem dei factus est, id est rationa lis, quod non negatur etiam de maligno Cain, verum ad similitudinem quoque eiusdem dei, in eo quod imitator eius extixit, per institutam fidei. Amplius autem in eo spectat, ad similitudinem dei, quod pulcherrimam in semetipso praefigurat figuram verbis dei, verbis incarnandi, & per patientiam peracturi victorianam peccati & mortis. Nostum est alumnus sancte ecclesiae, penitentis, quod dicimus, quia in Abel Christus, in Cain qui illi occidit, Iudaicus populus, qui Christum erat oscularis, in voce & clamore sanguinem Abel, accusatus feceris Iudeorum inexsuffabili. In terra que aperuit os suum, & suscepit sanguinem Abel, Ecclesia que sanguinem Christi fideliter in sacramento bibitura erat, pia similitudine signabatur. Non ergo vinci, sed vincere incipiebat verbum dei, propositum dei, in morte iusti. Qui tunc reuera perfectus est, ad imaginem & similitudinem dei, quod tal modo decidit. Etenim hominibus quidem mortuus est, sed deo vivit, deo loquitur, imo & nobis loquitur, & verbum dei sonat sanguis eius. Nam & ipse deus, Vox, inquit, sanguinis fratis tui clamat ad me de terra. Et Apostolus dei cum dixisset. Fide plurimam hostiam Abel obtulit deo subiectus, & persecutus, & per illam, inquit, defunctus adhuc loquitur. Nonne & hoc ipsum testatur in Euangelio dominus, qui cum de mortuis daret testimonium resurrectionis, dicens deo. Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Protinus assumpsit dicens, Deus non est mortuorum deus, sed viuorum. Omnes enim ei viuent. Ex abundantia est hoc astraere, quod omnium primus Abel mortuus hominibus, nihilominus vixerit deo. nisi quod delectabili est in insula serpenti antiquo, qui tam satatus est, ut iam victorem faciat deum in bono proposito, dum cupit ipse esse vicit. Quia quem fecit interfici hominibus, melius fecit viuere hominibus, & deo, vere super peccatum suum gradies, idem nequissimae intentionis suae omnino contraria efficiens.

Generationem Cain, qui erat semen serpentis, velocius pullulasse, ciuitates & regna con-
sueisse. Item, Cain reproborum, Abel autem electorum generationis principum
suffisse, easq; deinde secundum carnem connupratus diluvij vindictam eruisse.

C.A.P.VT. XXXI.

In terea velociter pullulabat semen serpentis, quod erat Cain, videlicet secundum imitationem patris eius, id est, serpentis antiqui, virtutia homicida & inuidi, quia per inuidiam & ipse occidit. Velecriter, inquam, pullulabat semen illud, iamq; regnare properabat, condens ciuitates & oppida, sicut scriptum est. Et aedificauit Cain ciuitatem, vocauitq; nomen eius, ex nomine filii sui Enoch. Porro semen mulieris sive semen dei, tardius veniebat, imo à radice perisse videbatur, quando Abel non reliquo semine, id est, nullos habens liberos, fuerat interfectus. Scindit quippe est, Cain & Abel duarum generationum fuisse principia, quarum altera reproborum, altera electorum generatio est. Sunt quidem generationes istae, secundum carnem commixtæ, num prin sed hoc accedit per peccatum, qui cum copiissem homines multiplicari super terram, videntes filii dei filios hominum quod essent pulchrae, accepserunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Hoc ita contra dei statutum euenit, sicut & illud, quod longe posterius filii Israel, contra praeceptum domini duxerunt vxores filias Chanaanorum, ipsi filii suas, eorum filii traiderunt. Vnde & accedit, ut per mulieres subuersi, facerent malum in conspectu domini, seruiendo diis alienis. Sic, inquam, & illud contra dei praeceptum extitit, quod tunc filii est, id est, homines electæ generationis, filias hominum, id est, generationis reprobæ, cuius Cain erat principium, vxores accepserunt. Vnde & ita corrupti sunt, ut deus induceret diluvium, & dereliqueret eos. Poenitentia enim, inquit, me fecisse eos. Cum igitur sublatus esset iustus Abel, quasi de Victoria tumidus serpens sibi plaudebat, eo quod sublatu bona generationis seminario, sola in mundo pollularer generationis sua, generationis mala & adulteria.

Electorum generationem, delecto Abel, tardius per Seth & Enos restauratam, non ha-
bere hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirere.

C.A.P. XXXII.

Sed cognovit adhuc Adam vxorem suam, ait scriptura, & per epiter filium, vocauitq; nomen illius Seth, dicens. Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Iste ceperit inuocare nomen domini. Ab isto ergo scime mulieris, altera generatione rectorum, quæ secundum carnem defeceras, in Abel resuscitata est. Vnde & congruum satis vocabulū posuit illi pater, ut vocaret eum Seth. Seth namq; resurrectio interpretatur. Nimurum vel propheticō spiritu, vel ab experimentis quibuslibet Adam predotus est, ut sciret eum esse de patre deo, & per generationem eius implendum esse propositum dei, ut

dei, ut praedestinati nasceretur electi, & idcirco dixit. Posuit mihi deus aliud semen pro Abel, Genes. 5, quem occidit Cain. Quanta mora fuerat antequam resulcituretur hoc principium bonæ generationis? Vixit Adam, inquit, centum & triginta annos, & genuit ad similitudinem & imaginem suam filium, vocauitq; nomen eius Seth. Nimurum per tot annos Adam potuit genuisse filios & filias, nec solus Adam potuit genuisse filios & filias, nec solus Adam, sed & ipse Cain, qui iam ciuitatem condiebat. Recete ergo & veraciter sapiens dixit. Hæreditas ad quem festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit. Hoc enim non solum in quolibet homine, verum & in vniuersitate hominum, certis claret experimentis, quia videlicet generatio Cain, id est, semen serpentis, & cum festinatione venit, & cum festinatione ciuitates condidit. Generatio autem Abel sive Seth, semen dei, quod posuit deus pro Abel, & tardius venit, & ciuitatem hic manentem non habuit, sed futuram inquisivit,

Generationem filiorum dei, denuo per mulieres, callido antiqui serpentis confilio corruptam
fuisse.

C.A.P. XXXIII.

Quid ageret, quo se verneret ille serpens antiquus, dum feminis suo contrarium semen dei multiplicaretur? Inuenit quid saceret, vnde verbum dei superare, propositumq; eius adhuc se auertere posse sperabat. Sciebat quod per mulierem, virum primum cepisset. At vero tunc multa succreverunt mulieres pulchrae & concupiscebiles, & viri quamvis iusti, ad libidinem proni, vt pote de yicata radice natu. Sciens ergo valere sibi ad mortis ipsorum prouentum, Genes. 6, confortia mulierum alienarum, id est, earum quæ de generatione Cain exortæ sunt, egit ut fieret quod scriptura factum narrat, dicens. Cumq; expiissem homines multiplicari super terram, Iob. 40, filiiq; procreassen, videntes filii dei filias hominum quod essent pulchrae, accepserunt sibi uxores ex omnibus quas eleganter. Ecce primum effectus, primumq; experimentum, propter quod veraciter de illo ad beatum Iob dictum est. Virtus eius in lumbis eius, & potestas eius in umbilico ventris eius. Per luxuriam namq; quæ viris in lumbis & feminis in umbilico est, rem tantam esfecit, ut virtuosus sibi videretur, & potens fuisse fortis. Quia secundum intentionem Genes. 1, suam non parum profecisse sibi visus est, in eo quod filios dei, filii sive filiabus hominum fecit conformes, ut nulla per parva esset discretio generationis Cain, & generationis Seth. An parvi sibi visus est fecisse, quum is, qui propositur dicens. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, talem, tanque diuersum proferret sermonem. Poenitentia me fecisse hominem? Sic enim scriptum est. Delebo (inquit) hominem quem creavi, a facie terre ab homine vsp; ad animatia, a reptili, vñque ad volucres celi. Poenitentia me fecisse eos, si ergo ritè perpendi variatem serpentis blasphemie, leuitatemq; inimici prelumptuosi, hanc dubium, quin multum res illa magnos eius flatus auxerit, ut putaret, le omnino auertisse propositum dei, verbumq; eius fecisse vacuum ad ipsum reuerti.

Quo pacto sit intelligendum, quod deus dixit: Poenitentia me fecisse hominem, & delebo
hominem, quem creavi a facie terre.

C.A.P. XXXIV.

Insterim quid rogo est, quod vel scriptor de deo loquens, poinuit eum ait, quod hominem poinitetur. Lescisset in terra, ut quod ipse deus, cum dixisset, Delebo hominem quem creavi a facie ter dei, subiunxit. Poenitentia enim me fecisse eos? Si idcirco delere le dicit hominem, quia poinitetur eum fecisse hominem, cur vel vnum tantopere, tantoq; miraculo referuat hominera, de cuius posteritate rursus multiplicetur homines boni & mali, & pauci quidem boni, multi verò mali. Valde repugnat hoc sensui, quem signare videtur litera dicens, quia deum poinituit. Nec vero factum hoc solum repugnat, ne sicut sonat litera, passiu intelligatur de poinitudo. Verum & alterius loci scriptura, que dicit. Quia non est deus quasi filius hominis ut mutetur. Itemq; de poinitudo ait. Non fluctetur, neq; enim homo est ut agat poinitentiam. Si igitur Reg. 15, deus non quasi homo vel filius hominis est ut mutetur, & si poinitudo non fluctetur (vt verbi gratia nec nunc quidem quando dicit, poinitentia me fecisse hominem, vniuersum delectat hominem) qualiter in hoc dico & loquentis veritatem, & non poinitentis mirabilis feruimus maiestatem? Hic primo scindit, magnam eius quae deo scribitur, & eius quae homini ac Penitentia cedit, poinitidis effi distantiā. Homo namq; cum sit mutabilis, aliquando de malis vel in dei iustis, aliquando de bonis quoque & iustis actibus suis poinitudo gerit. Et neuter huius, id est, humana poinitudo modus, in sapientem cadit. Sapientia namq; apud philosophos seculi ille esse conceditur, qui neque mali vel iniusti quicquam, quod poinitudo corrigat, admisit, neque bonum aliquod vel iustum quod gessit in prauum mutavit. Quod si talis poinitudo in sapientem non cadit, quanto magis deo nunquam accidit! Ille namq; non nisi de bonis vel iustis nunquam poinitudem gessit aurigerere potuit, quia mali quippiam vel iniusti committere nunquam potest aut potuit. Multum ergo à poinitudo hominis differt dei poinitudo, que nimurum nō aliud est, nisi vel à misericordia ad iudicium, vel de iudicio ad misericordiam transiit.

C Nam

RUPERTI ABBAT. TUTTIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Vic domi. Nam iste sunt vniuersae vite domini, misericordia & veritas iudicii. Est autem quando de misericordia transiens ad iudicium, nequaquam penitidine flectitur, ut de iudicio rursus transeat ad misericordiam, videlicet dum homo peccator contra deum permanet imponens, ut idem Saul, de quo cum dixisset dominus, Poenitet me, quod consituerim Saul regem. Postea Samuel contra eundem loquitur. Porro triumphator in Israele non parcer, & penitidine non flectetur, neque enim homo est, ut agat penitentiam. Est etiam quando post misericordiam, vel inter ipsam misericordiae largitatem, exercens iudicium, nequaquam tamen a misericordie propria vila penitidine defleatur. Exempli gratia, ut in David, super quem post multam misericordiam, sacerdorum propter Vriam Ezechiam iudicium exercuit, nec tamen eundem a facie sua proiecitur sicut proiecserat Saul. Secundum hanc misericordiae & iudicij dispensationem, poenituit quidem eum fecisse hominem, id est, de misericordia filii dei impensa vel impendenda, transiuit ad iudicium. Veruntamen eadem penitidine flexus non est, ut bonum deserteret propositum, propter quod secerat hominem primum.

Quid sit, quod Moses deo scripsit: Et precauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus.

CAP. XXV.

Quid de hoc dicemus, quod non solum poenituisse, verum etiam intrinsecus dolore tactum fusile dominum, scriptura testatur: Sic enim scriptum est. Poenituit eum quod hominem fecisset in terra, & praecauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem. Dicit alius, more humano scriptura loquitur, quia loquitur hominibus. Ita esse consentimus. Veruntamen necesse est verum esse, quod scriptura loquitur veritatis. Dolore cordis dominus tactum fusile pronunciat. Porro dolor quedam passio, de quatuor passionibus una, quarum haec sunt nomina. Dolor sive tristitia, gaudium sive inepta laetitia, pietas sive timiditas, spes sive cupiditas. Has quatuor passiones, immo virtutis, pueri legimus apud poetam insignem dicentem quam breuissime. Hanc metuit homines, cupiunt, gaudentque, dolentque. Cum ergo sit impossibilis diuinitas, offenditur quispiam, quorius pro re mentio sit huius loci, ubi dolore cordis intrinsecus deum fusile tactum sacra narrat scriptura. Sed econtra, scendum, quia dolor alius, gaudium aliud, alia timor, alia sancta nobis scriptura praedicantur, que non passiones, sive virtus, immo summam virtutes a spiritu taliter intelliguntur. Est enim dolor, id est pietas, quam efficit spiritus sanctus, unde & spiritus pietatis dicitur. Est gaudium fructus eiusdem spiritus, sicut dicit Apostolus. Fructus autem spiritus, est gaudium, & carera. Est & spes primaria virtutum media, sicut at idem qui supra. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria haec. Est & timor sanctus, virtus & virtutum custos, quem idem spiritus sanctus efficit, unde & in ordine supremum spiritum, sicut spiritus pietatis, ut iam dictum est, ita & iam praedicatur spiritus timoris domini. Non igitur offenditur fidelis animus, tanguam inconvenienter de impossibili deo praedicit, quod sicut litera sacra praedicat, dolore cordis tactus fuerit intrinsecus, quia reuera, sicut & alibi veritas prophetica testatur. Deus est amator & viscens dominus. Nec omnino quispiam deum veraciter imitatur, nisi sit particeps bonitatis vel amulatio eius.

Quo dolore tactus esse dicatur intrinsecus.

CAP. XXVI.

Dolor namque cordis, quo tactus est intrinsecus, tam fortis, tam plus, & impossibilis deus, zelus bonus est, & idcirco non passionem, sed virtutem dicimus dolorem eius, ut vere est. Econtrariò inuidia diaboli, per quam mors intravit in hunc mundum, zelus malus est, & ille zelus passio magna & milita, summumque virtutis est. Verumque zelum diffinit liber. Zelus bonus est diligere homines, odire autem hominum iniquitates. Econtra zelus malus est odire homines, diligere autem hominum iniquitates. Et ille quidem dei est, iste autem zelus diaboli est. Deus namque primus est & pre omnibus diligit hominem, odie autem hominis iniquitatem. Imitantur autem hunc quicunque homines proximos suos ita diligunt, ut odio habent & persecuantur mala facta ipsorum. Econtra, diabolus primus & pre omnibus odit hominem, & diligit hominis iniquitatem. Imitantur autem illum, qui homines vel fratres suos ita oderunt, ut eorum diligant iniquitatem, id est, non diligunt nisi consentiant vel consimiles sibi sicut ad scandendum iniquitatem. Ita zeli oppositio contraria, diabolum deo contraria, & hominibus constituit inimicum, & virtutem zeli continuum ab initio usque ad finem seculi perseverat duellum, semper vincente zelo domini exercitum, semper zelo diaboli cadente in confusionem & opprobrium. Diabolus in zelum amaritudinis, dum ad iniquitatem, quae mors animam est hominem allucere non potest, ad occidendum corpus per ministros suos confurgit. Deus autem eum quidem a quo zelus eius recessit peccatoris vel impiorum, pro eo quod de iniquitate incorrigibilis est, & corpus & animam in gehennam mittit. Eum autem, pro quo zelari dignatur, puniri temporaliter ne puniat aeternaliter. De huiusmodi Apostolus. Dum iudicamus autem, inquit, a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

De diluvio,

LIBER II.

FOL. 14.

CAP. XXVII.

Poenitidine igitur & dolore cordis tactus intrinsecus, id est, bono zelo excitatus, quid dixit? quid fecit dominus deus? Non, inquit, permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum. Ac deinde ad Noe, Fac tibi, ait, arcam de lignis levigatis. Ecce ego adducam diluvium aquas super terram, ut interficiat omnem carnem, in qua vita spiritus est subiectus celum. Vnueria que in terra sunt, consumentur. Iudicium hoc victoris verbi dei pars magna, triumque iudiciorum eius quoddam medium est. Num quippe est, tria tremenda maiestatis eius esse iudicia. Primum, quo diabolus & Satan as ille de celo projectus est. Secundum hoc, qui mundus per aquam mundatus periret. Tertium, quod in nouissimo die futurum est per conflagrationem ignis. Et primo quidem soli angeli, secundo soli homines iudicari, tertio tandem & homines & angeli sunt iudicandi. Itemque prima pena iudicis solis angelis, poena secundi solis hominibus, poena terciij simul & angelis & hominibus pro sui qualitate conueniens vel sufficiens para est, mira & terribili dispositione creatoris. Angelos quippe, & non etiam homines aeris substantia velut in quibus angelii daemones facti, de celo sunt precipitati. Econtra, non angelorum vel spirituum, sed hominum vitam aquarum substantia sufficiare potest vel potius, quibus inundantibus, tunc homines terribiliter jure deleri. At vero substantia ignis, sicut angelos, quam homines vrere simul poterit, ut restatur ipse dominus dictum se, profiliens malis hominibus. Ite maledicti in ignem aeternum, qui paras est diabolus & angelis eius. Non igitur vanè presumunt est, deum poenituisse, & dolore cordis tactus fusile intrinsecus, quia videlicet tanti iudicij poenam erat illaturus. Ipse est qui miserorum poenam non delectatur, nec rursus potest negligens esse aut iniustus, ut peccata secundum modum cuiuscumque non viciantur. Hinc ait ipse in euangelio. Non possum ego a meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico, a seipso namque facit & iudicat, quod audit is, qui merita rerum subvertit & inordinata relinquit. Verbi gratia, ut dicat bonum malum, & malum bonum, & pro favor suo sicut iustum ita & iniustum dimittit impunitum. Hoc qui facere non audet homo vtecumque iustus est, qui autem non vult, iustus & sanctus est, qui autem facere nunquam possit aut potius, solus deus est, qui natura iustus est.

Quid sit quod dominus dixit, non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est.

CAP. XXVIII.

Quale autem facturus hoc iudicium premisit, dicens. Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. Nonne & antequam hoc diceret, auferebat spiritum homini deus, & deficiebat & in puluere suum reuertebaruntur. Nonne & primò dixerat homini. Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, qui puluis es, & in puluere reuertaris? Imò nonne idcirco emiserat eum de paradiiso, ne viveret in aeternitate? Dixit enim cum ironia gravissima, dixit iam tunc dolore cordis tactus intrinsecus. Ecce Adam quasi vnu ex nobis factus est, sciens bonum & malum, statimque subiunxit. Nunc ergo ne forte mittrat manum suam, & sumat etiam de ligno vita, & comedat & vivat in aeternum, emisit eum dominus deus de paradiiso voluptratis. Quid ergo libi vult, quod quando filii dei, filii hominum vxores accepérant, illæque generunt gigantes, id est, viros famulos & potentes a seculo, quando corrupta iam erat terra, omnisque caro corruperat viam suam, cum propter hoc velle inducere diluvium, quasi tunc primum decernens dixit. Spiritus meus, id est, spiritus a me datus, siue ad imaginem meam factus, non permanebit in homine in eternum? Quid inquam, nisi omnibus seculis latius factum esse vult ab experimentis, quod sapienter, & utiliter, rationabiliter, & misericorditer ficeret, hoc ipsum quod hominem mortuam vetuit esse corpore immortalem, hoc fecit misericorditer nobis consuelens, & sicut scriptum est, precauens in futurum. Quid enim si propter vitam longissimam, quia tunc vivebat, aliis annos nongentos triginta, aliis nongentos quinque, aliis nongentos sexaginta duos, aliis nongentos sexaginta novem, ut Marthulala. Si, inquit, propter tantulum vivendi moram, que ad aeternitatem comparata, nec momenti quidem, vel puncti rationem obtinet, ita superbiebat homines viri famulos, a seculo portentes arque gigantes, id est, dei contemptum habentes, mente superbissimi, & carne corruptissimi, sicut ipsa scriptura sermone & iterum arque tertio, immo & quartò inculcans & replicans manifeste assertit, quid egissent vel quales fuissent, si sele nunquam morituros esse scirent? Perpendat, qui potest, quia reuera nec leviter dictum est, precauens in futurum, nec leue fuit aur parvum, quod precauit deus impedimentum salutis suorum ad aeternam gloriam praedestinatorum, cupiens bonum usque

C. ij ad vi

Math. 15,
Genes.
Deus panis
miserorum
non delectat.
Iohann.
A seipso
quipiam
facere.

Genes.
Psal. 102.
Genes.
Genes.

Genes.

Genes.

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I

ad victoriam perducere propositum . Arbitrii namq; licer, quia non minus in hominibus quam in dæmonibus incorrigibile fuisse superbi malum, addita corruptione carnis ultra misericordiam dæmonum, qui carnei non sunt.

Quare Noe accepta sententia perdendæ vniuersitatem carnis, non intercesserit pro hominibus sicut Moses.

C A P . XXIX.

Genes. 1.

Exodi. 33.

Exodi. 33.

Psal. 50.

Genes. 22.

Genes. 49.

Exodi. 33.

Moyses vni-

genti deum

iratus tenuit,

quem Noe

vniuersam

carnem de-

lere volen-

racionabili-

ter dimisit,

Genes. 6.

Genes. 7.

Genes. 6.

3. Reg. 11.

Ad reten-

dum verbi

dei vnu-

sus fecit.

Genes. 1.

Esaie. 40.

Pal. 40.

Esaie. 40.

Propterea dicentem deum, Finis vniuersa carnis venit coram me, & ego disperdam eos cum terra, scilicet arcam, &c. Audit Noe vir iustus atque perfectus, & tacer, nullamq; preceum pro iniustis ostendit, ut deum temeat, ut iram eius suspendat. Exempli gratia. Sicut eundem deum tenuit Moyses, dicentem sibi, Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, facientem te gentem magnam. Hoc ille fecit, ut vere iustis & iustus nullatenus ambiantur, ut fieret ipse in genere magnam, magisq; alijs quam sibi consulens. Sed non profinde immittit aut iniustus Noe, qui cum pararet arcam cum filiis suis ad reparationem orbis terrarum, non intercedit legitur aut elaboratur, ut iratum cunctis viuentibus & cunctos delere volentem, teneare possit eundem deum. Moyse namq; alia in fide & dilectione cordis sui fuit causa, quam ea, cuius solius sensus præberet videtur litera dicens. Recordare Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti dare terram hanc, &c. Nam ille non tantum attendebat multiplicatio nem semini vel possessionem terræ, Ghaanaam quam tunc erat intratur, quantum aplicebat ad honorem dei, salutemq; generis humani, ut esset deus verax, & victor propositi. Iuxta illud, Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Abraham namq; promiserat, imo & cum iuramento reprobaverat deus, quod in femine eius benedicerentur omnes gentes, quod est Christus. Et per os Jacob prædixerat spiritus veritatis, quod de tribu Iuda Christus foret nasciturus. Non, inquit, auferetur scriptum de Iuda, & dux de foemore eius, donec venias qui mittendus es. Si ergo minas implevissent deus contra populum illum dicens Moysi, Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, &c. non videbatur deus iustificari in sermonibus suis, vitoriamq; propositi peregrinisse verbum veritatis. Moyse namq; si de genere Abraham, non ramen erat de tribu Iuda. Ideoq; si sacerret eum deus in gentem magnam, ut de linea eius Christifus nascetur, non omnino viciasset verbum dei, quia non tribui Lui Christus, sed tribus Iuda fuerat promissus, ut ex ea nasceretur. Ignotus eundem deum quem iratum vni genti Moyles fideliter tenuit, Noe vniuersam carnem delere volentem, rationabiliter dimisit. Quia videlicet, perditio multitudinis nihil impediebat vitoriam verbi dei sive propositi dei, dummodo superest, vel vnu ad suscitandum semen mulieris, inimicities habiturum contra se men serpentis.

Quid si quod scriptum est: Noe inuenit gratiam coram domino. Item: Noe vir iustus atque perfectus in generationibus suis.

C A P . XXX.

Hec vnu tunc iustus erat, sicut de eo scriptura dicit. Noe vero inuenit gratiam coram domino. Item, Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. Porro generationes eius, ab eo quem posuit deus pro Abel videlicet. Seth namq; genuit Enos, & Enos genuit Cainan, & Cainan genuit Malalech, Malalech genuit Iarech, & Iarech genuit Enoch. Et noch genuit Mathusal, & Mathusal genuit Lamech, & Lamech genuit Noe. Nam iste generationes Noe, generationes erant filiorum dei, & generationes Cain, generationes dicuntur filiorum hominum, cum scriptura sic dicat. Cumq; ceperint homines multiplicari super terram, filiisq; procreassent, videntes filii de filiis hominum quod essent pulchræ, accepérunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Cum igitur in generationibus suis, id est, generationibus filiorum dei, solus Noe fuitus atque perfectus fuit, magna & dolenda demonstratur accidente corruptio filiorum dei per commixtionem filiarum hominum, quarium pulchritudo mentes & oculos ceperit, & sine dubio corda peruerit, sicut recentiori tempore Salomonem quoque sapientissimum, per mulieres alienigenas confusat esse depravatum. Vnu autem numero quid erat in illa tanta multitudine hominum virpote diu viuentium & multipliciter generantium. Attamen vnu ille omnipotens verbo dei sufficit ad reuinendam, sicut perficiendam vitoriam sive palmam, ut nibilominus quandoque perfereret bonum propositum, quod intenderet descendere. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quid enim erat coram deo omnis illa multitudine virientis & florentis seculi, nisi scenum & flos agri. Verè enim scenum est populus, Verè omnis caro scenum, & omnis gloria eius tanquam flos sceni. Et sicut facile est scenum exicari, & florem cadere vento flante, sic facile fuit verbo dei, tantam multitudinem delere. Porro ipsum verbum domini manens in eternum, obedientem sibi manere fecit hominem vnum, gubernans eum per contemptibile lignum.

Quod Noe quia seruauerat verbum dei, idem a verbo seruatus sit.

C A P . XXXI.

Putta

L I B E R . II.

Fol. 25.

Vt ergo iam tunc sibi dixisse deum, Quoniam seruasti verbum patientiae meæ, & ego te Multa ad terra. Multum enim attrinet, ad laudem vñiuersum, tentare habitantes in dei verbi vi & torios laudatores, qui diluvij quod per rotum annum terram vñiuersam occupauit. Quod erat illud verbum patientiae dei. Ecce, inquit, ego adducam diluvij aquas super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vita est subter coelum, & cetera. Hoc verbum recte dicitur verbum patientiae dei, quia videlicet postquam hoc verbum dixit deus, adhuc diu patienter sustinuit. An si ser centum interfluxerunt ab hoc dicto, antequam inundaret diluvium, & illi credere nolentes, & in impletate permanentes, patientiam dei commendando, iram sibi irreuocabilem thesaurauerunt. Hinc Petrus apostolus, Qui incredul, inquit, fuerat aliquando, expectabat dei patientia in diebus Noe cum fabricaretur arca. Vigilanter itaque attendet inquit, quod longa & magna fuerit patientia dei, & quod veraciter ille vir iustus arque perfectus seruauerit verbum patientiae dei, videlicet centum (vt iam dictum est) annis fabricando arcam. Irrisiones & forte multa difficultas sustinens ab incredulis, dum annunciat verbo & opere, inundaturas super omnem terram aquas diluvij. Denique cum quingentorum esset annorum, locutus est ei deus. Fac tibi, inquit, arcam de lignis levigatis. Et eadem scriptura teste, sexcentorum erat annorum, quando diluvij aquæ inundauerunt. Quantos putas tanto tempore fluctus hominum sustinuit, si prophetæ suis quisque temporibus per verbum domini praesciendo plagam quamlibet imminentem sic offendirent, ut de vita quoque perfelitarentur? Vnde & dicit qui dam illorum, Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contrito, cui incredibile videatur iustum illum multum offendisse fabricando arcam, & futurum prænunciando diluvium, per tot annos apud superbos & gigantes illos, in illo recenti seculo, ceruicis nimis atq; luxuriosos. Igitur quomodo seruauit verbum patientiae dei, & ipse deus, sive verbum dei seruauit illum ab illa feueritate iudicij, miraculo magno & congruo eius fidei. Sicut enim corruptionem fluctus, quibus omnis caro corrupterat viam suam, mente euicit, & laudem iustitiae, sive perfectionis habere meruit, ita & aquas diluvij vehementer inundantes per contemptibile lignum superando, seculis omnibus innovuit.

Quod dominus propositum suum sat: declaravit toties benedicendo hominibus.

C A P V T . XXXII.

Post illud iudicium, verbum dei suos in mundo praecones & notos & insignes habuit, imo ut haberet, efficit, quorum primus idem Noe cum filiis suis benedictionem eandem ac suos in mundu do semper. Sicut enim tunc illi benedixit deus & ait. Crescite & multiplicamini, & replete terram, sic & habuit. post diluvium residuus istis eodem verbo benedixit. Sic denique scriptum est. Egregere, inquit, de Verbum Genes. 12. de arca tu & vxor tua, filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum, cunctaq; que sunt apud te Genes. 12. educ tecum, & ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam. Ac deinceps, Genes. 12. Odoratusq; est dominus odorem seruauit, & benedixit Noe & filiis eius, & dixit ad eos, Crescite & multiplicamini, & implete terram, & sit terror vester ac tremor super cuncta animalia terræ. Deinde certid, Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & incomplete eam. Trina verborum eorundem repetitio, magna est propositi dei confirmatio, quod propositum in verbo suo, sciens & praesciens arque prædefinitos habens omnes sanctos atque electos suos, quos nasci solebat sibi de genere humano, quantis meritis crescere, quanto numero multiplicari haberent extunde vñsc in finem seculi, quando & congregatis illis ad dexteram suam dicit ipsum verbum incarnatum Iesus Christus vñtor propositi, Ibidem. Sanctos atque electos in mundo nascituros, proficie meritis deus iuber. Matth. 25.

Venite benedicti patris mei, possidete regnum quod vobis paratum est à constitutione mundi.

F I N I S L I B R I S E C V N D I .

C iii R V P E R T I

R V PERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER TERTIVS.

De tribus filiis Noe, Sem, Cham, & Iaphet, & quid sit, Dilatet deus Iaphet, &
habitet in tabernaculo Sem.

CAP VT I.



Genes. 9.
Tabernacula Sem, quid
deignent.
Genes. 11.

Hebr. 11.

Vnc iam sermo per compendium currens, videlicet omisiss mysteriorum, siue allegoriarum longis itineribus, magnificis circuitibus deuenit ad tabernacula Sem, dicente patre Noe. Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculo Sem. Porro ta bernacula Sem, adoptionem filiorum dei, & gloriam & testamentum & legi-
sationem, & obsequium, & promissa intelligimus, quae omnia data sunt femini
Abrahæ, qui sive de posteritate Sem. Sem quippe genuit Arfaxat, Arfaxat genuit Sale, Sale ge-
nuit Heber, Heber genuit Phaleg, Phaleg genuit Reu, Reu genuit Saruth, Saruth genuit Na-
chor, Nachor genuit Thare, Thare genuit Abraham. Tabernacula ergo Sem, beneficia defun-
tum iam dicta, quæ praefudit deus femini eius Abraham venient ex posteritate Sem, & recte illa beneficia intelligimus per tabernacula, quia videlicet Abraham & ceteri patres, per quos vel cum quibus illa lunt administrata, manentem hic non querentes habere ciuitatem, & illa expectantes, cuius artifex & conditor est deus. In tabernacula habitabæ confitebæ, quia pere-
grini & hospites sunt super terram. Ad hæc igitur tabernacula Sem fermone deducto inge-
diendum est, reuerenter aspiciendum, qualiter verbum dei peregrinatione nostram subies, exinde militauerit, contubernales non dedignans habere homines, per quos omnem militiam nostraræ salutis ordinaret, tamdiu cum illis commorans & per eorum voces sonans, donec ex
ipsis quoq; carnem assumens bellator atq; princeps belli totius, ipse ad publicum contra ser-
pentem antiquum procederet.

De confusione linguarum, nativitate Abraham, & secundo promissionis verbo, quod
in semine eius benedicenda essent omnes gentes.

CAP. II.

Genes. 10.
Genes. 11.
Genes. 10.
Diversis lin-
gue.
Genes. 11.

Linguarum
confusio.

Genes. 11.
Abrahe re-
promissio.
Genes. 12.

Roma. 2.

Dei myste-
rium occu-
lum man-
re operari
tum erat.

Diuina iam erant infusa gentium in regionibus suis, tam à filiis Iaphet & filiis Sem, quam à filiis Cham. Enumeratis quippe filiis Iaphet, statim subiunctū est. Ab his diuisa sunt infusa gentium in regionibus suis, vnuquisq; secundum linguam suam, & familiis in nationibus suis. Item, enumeratis filiis Cham. H̄i filii Cham, inquit, in nationibus & linguis & genera-
tionibus, terrisq; & gentibus suis. Deinde enumeratis filiis Sem secundum cognationes & lin-
guas & regiones in gentibus suis, statimq; præmittens. Hæ familie Noe iuxta populos & na-
tiones suas. Ab his, inquit, diuisa sunt gentes in terra post diluvium. Quād autem ob cauam in linguas dissuntas cædem gentes diuisa sint, continuo scriptura narrat, videlicet quia facere ciuitatem & turrim, cuius culmen ad cœlum pertingeret, volebant per nimiam superbiam, quam ibidem scriptura denotat nominando illos filios Adam, ait enim. Descendit autem do-
minus ut videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filii Adam. Illuc cum dicit, filii Adam, procul dubio subintelligendum est, sed si diceret, imitatores Adam, qui de similitudinem appre-
ciuit, non per verbi dei obedientia, sed per mentis suæ superbiam. Illa diuisio, siue confusio lin-
guarum accedit in diebus Phaleg, qui & idcirco appellatur est Phaleg, qui in diebus eius di-
uisa est terra, vt iam dictum est. Annis ferè centum nonaginta successerunt post illam diuisio-
nem linguarum hominum, & natus est Abraham, ad quem incarnationis sua desiderabilem fecit promissionem vnicum & indiuisibilem dei verbi, dicente deo ad illum. Egregere de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstravero tibi, fa-
ciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedi-
ctus, arque in te benedictus vniuersitas cognationes terræ. Sive ut alibi dixit, Et benedicen-
tur in semine tuo omnes gentes terra.

Quod confusio linguarum abscondendo diuinæ promissionis thesauro profuerit.

CAP VT III.

Hinc illud dicere liber, quia sicut Apostolus ait, Omnia diligentibus deum cooperantur in bonum, sic & illa confusio linguarum, & sancti patribus ad quos factum est hoc ver-
bum, & ipsi deo dei verbo cooperata est in bonum. Oportebat enim pro tempore, vt fieret oc-
cultum tale mysterium, neque super eos disceperaretur per publicum, quia dignus eo non erat
mundus, serotinus vbiique lascivius & pernicius, nimiumq; ferox atque superbus, quamvis
recenter seueranter inundantis diluvij percussus, & vsque ad parvas reliquias vna strage con-
sumptus. Oportebat, inquam, interim manum occultum talem, tantæ promissionis thesaurum.
Primo, ne peregrini illi, quibus hoc bonum erat creditum, iam tunc inuidiam intolerabilem
patuerentur.

LIBER III.

Fol. 16.

Matth. 7.

patuerentur. Deinde, ne diuinæ vocationis & supernæ speci margarita, ante porcos missa con-
culcarentur. Sic erat verbo dei pro sanctis paribus ab hominum impiorum vel secularium in-
uidia caendum, quomodo caueretur pro radice nouella, dum adhuc vnicum vix virgulatum pro-
tulit, vnde bonus speras vel desideras fructum. Sicut enim extirpatio radicis spem fructus per-
cipiendo præcedit, ita patribus si intempestiva fuisset à persecutibus illata iniuria mortis, fa-
cileatem præpediūsset implendæ promissionis. Idcirco verbum ipsum futuræ carnis sue pa-
tres custodiuit, etante psalmo, cum dicit. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro Psalm. 104.
eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et quid ad cau-
telam istam tam idoneum, quam præmissa confusio linguarum. Et quid expedierat & vtile
fuerat, quod vbi deus confudit linguas, turrim illam ædificavit, non audiuit vnuquisq; vocem
proximi sui, & ædificare cessauerat. Sed magis expeditius, ut illicet fuit, quod gentibus igno-
rantiibus præ confusione linguarum, sanctæ scriptura turris vera & veræ pertingens vix ad al-
tidinem coelis construenda erat, sacramenta continens iam dictæ promissionis.

Quod mysteria dei, non solis exteris per confusione linguarum, verum etiam in dignis
Israelitis, per enigmata & figuræ abscondita fuerint. Item de trium linguarum literis
inuentis.

CAP VT IV.

N Unquid vero & in sola multitudine seminis Abraham, Isaac, & Jacob, quæ videlicet mul-
titudino duodecim tribuum, gens vna, vel populus unus extitit, defuturi erant homines
eiusmodi, homines indigni æquæ vt gentiles vel incircuncisi, quibus manifestè deberet ostendi
sacramentum verbi dei? Non vtique defutura erant, immo futurum erat, vt in illa gente carna-
culum multitudine, sua insufficiencia paucorum spiritualium fatigaret sapientiam, futurum hoc non
ignorabat deus ipse dei verbum, dum sicut ad salutem nostram necessarium erat, suum per
scripturam legis & prophetarum velle hominibus præsignare consilium. Refutatur non so-
lum in una lingua lete abscondit verbum dei, verum etiam in eadem lingua, quæ cæteris erat
ignota gentibus, dicta vel decreta sua sic temperauit, ita similiter in aliis vel figuris obumbra-
uit mysticis, vt vix pauci, vix soli spirituales percipere possent quale haberet consilium, quali
ordine recuperare intenderet salutem mundi. Propter hoc præmisæ literæ sunt, vt videlicet in
eis & per eas significaretur, & vsque ad tempus clauderetur atque signaretur verbi dei my-
sterium, venturi ad expugnandum generis humani inimicum, per assumptæ carnis & pallio-
nis sue sacramentum. Primum, id est, Hebraicarum ista reperiendarum erat & fuit causa li-
terarum. Primo namq; litera hebraica per Moysem reperta, & Hebreis tradita sunt. Secundo
greca, quas Græcis Cadmus tradidit, quo tempore dux Othoniel filius Israel præserat. Tertio
loco trium linguarum principalium, junior Latina lingua, literas habet copit, quas Carmen-
tis reperit, quo tempore populum Israel iudicabat Iair. Et illæ quidem sūiores, grecæ & lati-
næ literæ, ut humanæ res significandas repertæ, quandoq; ad diuinæ res significandas gratia
dei sunt admisæ. Prima autem, id est, Hebraica ad significandas res diuinæ, repertæ vel tra-
ditæ sunt. Nunc vero ad ordinem redeamus.

Quod serpens antiquus propter verbum promissionis, contra Abraham, Isaac, & Jacob,
inuidia quidem motus fit, nocere tamen eis non potuerit.

CAP. V.

P Romissione beati seminis facta ad patres (vt iam dictum est) quomodo ille serpens antiquus
quippe inde cognovit, immo quomodo non cognosceret ipse callidus, & de regno suo, de
regno mundi huius male sollicitus. Circumibat enim terram, & perambulabat eam, tanq; sortis
armatus custodiens atrium suum, attendens, ne quid forte contra suū principatū suboriretur, se-
cundum illud quod audierat dicentem sibi deū. Inimicitias ponā inter te & mulierem, & semen
tuū & semen illius. Hinc etenim requisitus est sub eisdē ferè temporibus à domino dicente. Luce II.
venis Saran & respondens ait. Circumui terrā & perambulavi eam. Et dominus ad eū. Nunq;
quid, ait, considerasti seruū meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus,
ac timens deum, & recedens à malo. Erat autem Iob de stirpe Hus primogeniti Naboi fratriis
Abrahe, cuius videlicet Hus, scriptura libri Genesios hoc modo meminit. His ita gestis, nun-
ciatum est Abraham, qd Melcha quoq; genufesserit filio Nachor fratri suo Hus primogenitū, &
Hus fratrem eius. De stirpe Hus Heliubuzites dictus est, qui & in libro Numeri Balaam nomi-
natur. Porro iam dictus Iob in terra Hus, qui sicut (vt iam dictum est) ex Nachor primogenitus,
dīna quoq; filia Jacob (vt Philo perhibet) existit maritus. Istum considerauerat Saran circum-
eundo terram, & perambulando eam, quod esse homo simplex & rectus, ac timens deum, &
recedens à malo. Quomodo ergo nō etiam considerasset Abraham, Isaac, & Jacob sidem pro-
missionis habentes, & propter illā spem, peregrinando de gente in gente, & de regno ad popu-
lum alteri perranteles. Plane considerauerat istos, & scisit esse ciues regni dei, regno suo con-
trarios, & de ipsis semen mulieris perceperit fore nasciturū suo semini contrarium. Sed quid ageret
C iiiij Quomo-

Literæ qua-
re.

Literæ he-
braicæ, &
greca, lati-
neque vnde
exortæ.

Judic.

Literæ he-
braicæq; qd
repertæ.

Iob I.
Luce II.

Genes. 12.
Iob 4.

Lob de stir-
pe Hus.

Genes. 22.

Psalm. 104.

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I ,

Quomodo bonam radicem illam corrumperet, aut quorum per manus hominū extirparet. Verbum domini frequenter illos visitans, & intus fidem illorum incorruptam custodierat, & fors pro eis reges corrispebat, hominemq; eis nocere non relinquebat. Et Abram propter pulchritudinem Saræ, Isaac propter pulchritudinem Rebeccae, & Jacob propter benedictionem quam surripuerat fratri suo, mori timuit, idemq; propter Laban de Mesopotamia fugit. Sed (vt iam dictum est) verbum domini quenq; eis nocere non permisit. Nolite, inquieti, tangere Christos meos, &c. Ita contigit, vt nunq; eis nocere praeuleret inimicus, nullum ex eis siue in anima, siue in corpore laedere posset ille serpens antiquus, &c.

Quod Ioseph deinde primos serpentis insultus per fratres propter somnum exceperit.

C A P V T . VI .

Vlente tamen pater Jacob, primos serpentis diaboli assulstus Ioseph sanctus exceptis, & in illo accrescentefilio, aspectu decoro, pater pius nonnihil passus est, quia patienti paterno corde vulnerato compassus est. In illum adolescentem totos malitias suū impetus ille inuidus intorsus. Veruntamen non est factum, ad quod fratres ipsius per inuidiam concitato, ut facerent animauit, sed factum est quod deus voluit siue dei verbum, quod cum illo & in illo fuit, sicut scriptum est. Quia eloquium domini inflammatum est. Quid enim serpens ille fieri voluit? Nimirum voluit illum occidi, & ex illa voluntate ciuidem diabolii homicide, ex illius inspiratione vox illa processit, ut videntes eum dicentes fratres sibi. Ecce somniator venit, venire occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. Quid autem deus voluit? profecto quia vocaturus erat famam super terram, & omne firmamentum panis conterere habebat. voluit mittere ante eos virum hunc, & portius in serum vendari, quām occidi Ioseph, ut humiliarentur quidem in compeditibus pedes eius, & per transire ferrum animam eius, non tamen humiliareretur sub peccato anima eius, neque per transire ferrum corpus eius, haberetq; patientiam donec veniret verbum dei, donec inflammatum eum eloquiu domini, ut mitteret rex & solueret eum, princeps populoru, & dimitteret eum, confitueretq; eum dominum domus sue, & principem omnis possessionis sue. Vicit ergo in illo iam tunc eloquium domini, quia non est factum quod primum dixerunt secundum inspirationem lerpentis maligni, Venire occidamus eum. Sed factum est illud quod sonuit, utique eloquium domini per unum illorum dicentem. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? melius est ut venundetur, & manus nostre non polluantur, caro enim & frater noster est.

Quid sit quod à Hieremia dictum est: Vox in Rama audita est, &c. Rachel plorans filios suos.

C A P . VII .

Primos assulstus serpentis illos idcirco dixerim, quia videlicet à promissione beati seminis facta ad Abraham, qui persecutionem patetur, cuius sanguis propter iustitiam quereretur, primus iste fuit. Vnde animaduertere licet sanctum & verē diuinum. Evangelista in morte paruolorum innocentium satis congrue, multumq; sapienter ita dixisse. Tunc adimplatum est, quod dictū est per prophetam dicentem, Vox in Rama auditā est, ploratus & vulnus mulieris, Rachel plorans filios suos & noluit consolari, quia non sunt. Quid enim, nonne eiusmodi potentes testimoniū, omnem filiū qui pro causa occiditur illius beatū seminis, quod est Christus, vult haberi tanquam Ioseph, & omnī matrem quaecunque pro tali causa occidū plorat filium, siue una si mulier carnalis mater, siue sit ecclesia spiritualis mater, pīj matribus in morte ipsorum condolens, ut sepe factum est, vult haberi tanquam Rachel. Et recte ac rationabiliter vniuersitatem illorum innocentium paruolorū mater, in tali causa vocatur Rachel, simili terē tota ecclesia martyrum Christi mater, quia videlicet illius, cuius primi animam ferrum pertransiuit, dicta est Rachel. Hoc spiritui sancto placet, in quo & propheta cecinit, & euangelista intellexit, quia sicut tunc pater Jacob noluit consolari, & sicut mater Rachel si adiuvaret nollet consolari, eo qd non esset Ioseph, & tamen erat, & non solum viuebat, verum etiam potens erat, & prosperē agebat Ioseph. Ita ecclesia siue quaecunque mater fidelis, plorat quidē pietatis affectu filiū occisum, tanq; non sit, sed ille est, & nō solum est, verum etiam melius est, & verius vñuit, idcirco quia talē ob causam euenit ei quod in hoc seculo non est. Proinde Rachel ploranti filios suos, & nolenti consolari super eis, quia non sunt, continuo hæc dicit dominus. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operitudo, ait dominus. Et reuertentur à terra inimici tui, & est spes nouissimis suis, & reuertentur filii tui ad terminos suis. Firmiter hoc tener catholica fides, quia filii reuertentur ad terminos suis, quia pīj martyres siue illi innocentes qui plorabantur, eo quod non esset, & nullam carnis memoria seculo relinquissent, resurgent & apparebunt in regno Christi, regno suo secundum similitudinem illius Ioseph, qui cum putaretur à sera deuoratus, vixit, & viuens atq; potens inuentus est.

Quod

L I B E R . III .

FOL . 27.

Quod serpens ille antiquus non solum insidias frarum, verum etiam ille celbras concupiscentie mulieris aduersum Ioseph suscitari, neque tamen vicerit.

C A P V T . VIII .

Norandum interea, qd uno modo tantū, sed duobus modis antiquus ille serpens aggressus est Ioseph. Nec enim solummodo per fraternali inuidiam coniurare, ut cū corporaliter occideret, sicut occisus fuerat Abel, nec solummodo per feminam circumuenire voluit ei, ut animam eius occideret, sicut circumuerat Adam, sed per vtrumq; & in vtrumq; conatus eius frustratus est. Dixerit namq; fratres inuidentes, Venite occidamus eū, & factū non est, dixit domina mulier. Dormi meū, & factū nō est. Grandis pugna, grande spectaculū. Vicit ille serpens, quia verum infligere non potuit, falsum confinxit crimen, propter quod & humiliauerū in compeditibus pedes eius, & ferri transfracti anīmā eius. Sed nonne haec agendo serpens sua per peccatum suū gradiebatur, id est, suam intentionē conculcabit, libime contrarius. Tali nanciya, taliq; processu, pcedebat ad victoriā eloquii domini, quod inflammatu eī, & ad hoc perducerebat ut prodebet illi somnia sua verbo domini consonantia, ut scilicet vocata fame sua per terrā, coniungeret & starat manipulus eius, fratrumq; manipuli circumstantes adorarent manipulū eius. Itemq; vt sol & luna & stelle videbant adorarent eū super terrā. Quod fratres quidē fecerunt, pater autem non aliter feciſsi legitur, nisi qd surante illo de transferendo corpore eius adorarent eū, conseruas ad leculū caput, qui videlicet pater per sole figuratus fuerat, sicut & fratres per stellas vnde dicim. Porro mater sā obierat, quā per lunā signata fuerat, sed profecto si adiuvaret tunc temporis, deī in filio gratianter adoraret. Igitur in laude sapientiae vñtricis, quā nō est alia qd deus, verbi dei, veraciter est dictū, & sēpe dicendū, quia venditū iusti istum non dereliquit eū, donec afferret illi sceptrum regni, & poterit aduersus eos qui eum depribant, & mendaces offendit qui maculauerunt illum.

De tertio promissionis verbo, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mitendus est.

C A P V T . IX .

Post haec inflata diuinæ virtutis, ecce iam tertio verbū promissionis, verbū inuitum tale per os Iacob patriarchæ edidit oraculū. Cartulus leonis luda ad p̄dā fili mi ascendisti, requieciens accubisti ut leo & quālē leāna. Quis fuitabit eī? Non auferetur sceptri de Iuda, & dux de formore eius, donec veniat qui mitendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Tertiū hoc fuit beati feminis, quod est Christus, p̄rāconis. Primum quippe fuerat illud ad serpentem. Inimicitias ponam inter te, &c. Secundū illud ad Abraham. In semine tuo benedicent omnes gentes. Ac per tertiu hoc est, cuius veritas duo precedencia perficit, & compleat. Nam si Christus, imd quia Christus de tribu Iuda est, ergo semen Abrahā est, & dū ad p̄dā ascensus p̄cūnītū, verum esse confirmatur id quod inimicitias inter semen serpētis & semen mulieris postū se p̄dixerat deus. Itaq; dominus quidē Iacob, in qua verbū promissionis repositi, fuerat, maligni serpentis instinctu concussa, & neclē in fratré admisso cōtaminata est, & Ioseph laborauit vlc; ad vincula, sed ipsum verbū nec concussum, nec alligati exitit, quinimō quod incedūtū Verbū dei semel & iterum p̄dixerat deus, idipsum tertio repetens, & clarius edicens per os patriarchæ exitit. in Aegypto peregrinantis, & in ipsa peregrinatione morientis confirmauit. Adde qd tempora quoq; aduentus eius certo signo p̄fīgūnūt. Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, &c. Hoc Gene. 42. nanci signo, quia non solum rex, verum etiam dux auferendus erat, & oblatus est de Iuda, id est, de gente Iudaica, temporibus Romani imperij, quando rex dandus erat, & datus est Herodes alienigena, videlicet patre Idumæo, & matre natu Arabica. Hoc inquam, & si non aliō signo cognoscendum & cognitum est tempus aduentus eius, taliter ut nunc apparet, quia non solum regem & ducem, sed & locum perdiderunt & gentem.

De signo mulieris amicta sole, parturientis & clamanter ut pariat, & item de signo draconis magni & rufi, &c.

C A P . X .

Qualiter deinde inimicitias hæc dicta processerint, qua voce, qualibus conabimur vertis consequi, quali signo vel clasticō sono studiosus excitabit, attentusq; faciet spectatorem certaminis admirandū. Ecce Iohannes in Apoca. Iefu Christi dicit. Signum magnū ap̄paruit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturientis, & cruciatur ut pariat. Et visum est aliud signū in celo, & ecce draco magnus & rufus, habens capita septem, & cornua dece, & in capitib; suis septē diademata, & cauda eius trahebat tertiam partē stellarum celo, & misit eas in terrā, & draco sterit ante mulierē quā erat parturientis, ut cū peperisset, filiū eius devoraret. Signa hæc magna sunt, siue significatione & coepitū dirigere sermonem, & attentū reddere valent auditorem. Signa hæc mentis oculos feriunt, excitantq; & aperiunt ad cognoscendam earum de qui

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Mulier par de quibus loquimur, faciem rerum. Mulier quippe illa, ecclesia est. Draco ille diabolus est. Muli-
turiens ec-
clesia est.
Draco dia-
bolus est
qui coepit.
Exod. i.
Ibidem.
Philip. 3.
Apoca. 12.
Genes. 37.
Apoca. 12.
Genes. 22.
Apoca. 12.
Iohan. 12.
Apoca. 12.
Ezech. 23.
Vexatio in
tellecum
dat.

tur tunc coepit in utero habere, quando fides patriarcharum, de quibus nunc loquebamur, pro-
missionem habens, Christum coepit expectare. Diabolus autem tunc coepit draco esse, quando
contra fidem vel spem illam sequire coepit, aperta persecutione, scilicet mortuo Ioseph & om-
nibus fratribus eius, quando rex natus super Aegyptum constitutus, qui ignorabat Ioseph,
& ait ad populum suum. Ecce populus filiorum Israhel multus & fortior nobis est, venite, sapienter
opprimamus eum, ne forte multiplicetur, &c. Tunc inquam coepit draco esse, & tanq; dra-
co non solummodo fraudulenter decipere, verum etiam fortiter pugnare. Non solummodo de-
ciper animas, verum etiam occidere corpora, dicente illo rege. Quando obstericabis He-
breas, & tempus partus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illum, si feminam, referuate. Item
ad populum suum. Quicquid ait, masculini sexus natu fuerit, in flumen proiecrite, quicquid fe-
minae, referuate. Anteq; tale quid iuberetur aut fieret eis instinctu serpens erat, & serpens dici
merebatur, quia decipiendo latenter & subdole mentebus illabebatur. Extinctus autem draco est
magnus, draco rufus, palam sequens, aperte persequens, magnus magnitudine regum, & mul-
titudine hominum impiorum interficiendum, ratus sanguine plorior morientium.

Coronam duodecim stellarum in capite eiusdem mulieris fuisse principes duodecim tribuum,
& quod in utero habuerit, fuisse verbum promissionis. CAP. XI.

Vtrunc signum, & mulier illa, & draco ille apparet & videtur in celo, quia videlicet ab
his duntaxat, qui coelestia meditantur, qui dicere possunt. Nostra autem cœueratio in ce-
lis est, ab his inquam videtur, sentiturq; animo, & in muliere quantus dolor, & in draconе illo
quantus fons vel fuit horror. Mulier illa amicta erat sola, quia dorata erat patriarcharum fides
coelesti promissione. luna sub pedibus eius, quia seculi temporalibus bonis sic vtebantur sancti
patres, vt non ipsa bona mentibus eorum dominaretur per cupiditatem, sed ipsi bonis illis
per liberalem dominaretur dispositionem. In capite mulieris corona stellarum duodecim, qua in
illo primitus ecclesie initio, filii Iacob patres suæ duodecim tribum, iuxta illum, Fidele ve-
rumq; somni, videbam per somnum quasi solem & lunam & stellas vnde adorare me. Sine
dubio stella duodecima, ipse est, qui somnum viderat. Evidenter secundum sua temporis illius me-
ritæ, fratres vnde ad non lucebant, sed secundum futurum spem & electionem que ex ipsis erat
assumenda, stellæ lucidae erant illi. Stellæ lucidae sunt euclidem electionis principes, duodecim
apostoli. Ecce in utero habens inquit. Quid habens, & unde habens? Habens, inquit, semen in quo
benedicentur omnes gentes. Et hoc habens ex creatore deo rationalis creatura, tanq; de pro-
prio viro vxor legitima. Ex quo deus Abraham semen illud promisit, & eiusdem Abrahæ cœ-
rorumq; cuiusq; anima promissionis fiducie suscepit, extincit eadem mulier in utero habere, id est,
pregnans esse copit. Et clamabar parturientes, & cruciarunt ut pariat. Mulleres quæ corporeos
partus ediderunt, & pariendo dolores illis expertæ sunt, bene sentiuntq; veraciter veritas di-
cat. Mulier cum parit, tristitia habet, qui venit horæ eius, &c. Sic profecto quæcunq; anima ver-
bum dei, verbum deum, Christum Iesum filium dei diligat, & in Christo piæ volens vivere, persecu-
tionem patitur, bene sentit id quod dicitur de muliere illa. Quia clamabar parturientes, & cruci-
ciatur ut pariat. Nos coepimus persequentes, victoria verbæ dei magna & præclaræ insignia in eo
maxime continuemus, quod supereratis cunctis draconis capitibus, filius mulieris masculus raptus
est ad deum, & ad chronum eius, gentes omnes virga ferrea recturus.

Quando primum coepit parturire, clamare, cruciari ut pareret.

CAPVT XII.

Quando sicut iam dictum est surrexit rex natus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph,
& populum filiorum Israhel crescentem affligere coepit, & masculos occidi, vel in aqua ne-
eari iussit, pro hoc inuidens, quia crescebant & multiplicabantur, tunc mulier illa in utero has-
bens, clamare coepit, quia videlicet tunc erigebat se primum caput draconis tam in illo regre, q; in eo qui mortuo illo successit. Tunc nang ingemiscet filii Israhel propter opera vociferati sunt,
alens dicens clamor eorum ad dominum pro operibus, & audiuit gemitus eorum. Et omnes quidem
vociferati sunt, sed non omnes vociferandi scientiam habuerunt, id est, non omnes vociferando
corporis pariter & animalium liberatorem, qui ad patres ipsorum re promissus fuerat, quæ-
rere vel desiderare seauerunt. Nam serè omnes de corpori sola salute solliciti, curauit vel solliciti
dinem habere nescierunt de animalibus suis. Hinc animaduerendū est, multū profuisse mulieri,
q; primum caput draconis contra se stare videt, quia videlicet illo periculo communita se in
utero habens recognovit, & in partus sui felicitate sperare didicit. Nam si tranquillitas tempo-
ris in Aegypto illi arrisitet, male secura faciisset in medio fornicationis idololatriæ. De quibus
per prophetam parabolice dictū est. Fili hominis, duas mulieres filiae matris vniuersi fuerunt, &
fornicatae sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatae sunt, ibi subacta sunt ubera carum, &
fractæ sunt mammæ pubertatis caru. Bene igitur, q; saltet vexatio intellectum daret auditum,

vt quāuis

LIBER III.

FOL. 18.

vt quamvis pauci, ramen nonnulli suspirarent & optaret iam semen illud, quod deus Abrahæ
repromisit. Nam primus Moïses tunc ad dominū dixit. Obsecro domine, mitte quæ missurus es. Genes. 22.
Sentiebat nang, nihil per se vel per alii posse ad perfectū adduci, nisi veniret ipse qui mittent. Exod. 4.
dus erat, de quo pater Iacob in benedictionibus Iudeæ Nō auferetur, inquit, sceptriū de Iuda, &c. Gene. 49.
& hoc nō sine magni desiderij clamore dixit, quippe qui & alibi tacito ore clamasse legi, dñō
dicente. Quid clamas ad me. Clamabat igitur mulier, id est, que iā incipiebat esse ecclesia, quia
signat mulier, & cruciabatur ut pareret, nonnullis iam cum temporali liberacione corporum
desiderantibus aduenire promissum patribus, liberatorem animarum pariter & corporum.

*Quod agnus quem immolabant filii Israhel, vbi fuerit typus incarnandi, econtra Pharaonem
rex Aegypti caput primum serpentis.* CAPVT XIII.

Sed iratus, inquit, dominus in Moïsen. Perge, Aaron frater tuus egredietur in occursum Exod. 4.
ruum, & ostendam vobis quid agere debeatis. In hoc ipso dominum libi iratum dixit, q; Chrifum suum distulit, & non statim misit qui auerteret iram, quæ propter Adæ peccatum
accidit. Ve runtamen non omnino illum exaudiuimus reliquit, ita videlicet, tibi ipsum quæ mis-
surus erat, non statim misit, ac fatigatum aliquod, signum magnum, sacramentum magnū eius Exod. ii.
præmisit. Tollat, inquit, vnuſquisq; agnū per familiam & domos suas, immolabitq; eū vniuersa Agnus pas-
multitudi filiorū Israhel ad vesperam. Agnus ille signum & sacramentum suum vñctū Christi, qui chalis, signū
mittendus erat, pro quo (sicut iam dictum est) suspirans dixit Moïses. Obsecro domine, mitte vñctū Chri-
stem, quem missurus es. Hoc intendens Baptista Iohannes, qui ante illum missus est, vbi videt eū am-
bulantem, dixit. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Econtra ille Pharaon, qui tunc erat rex Iohani. Exod. 4.
Aegypti, signū draconis iam dicit, signū & similitudinem gerebat diabolus, hoc innuens dicit in
cum per prophetam spiritus dei. Leonis gentium assimilatus es, & draconis qui est in mari, &c. Ezech. 12.
In illa similitudine fui, i; illi immolatione agni, qualiter pugnauerit verbum dei, qualiter illud
primum draconis, id est, Aegypti regnū vicevit atq; contriverit, quis nescit? Erigebat se caput
illud contra mulierem, vt omnem beatam seminam tolleret expectationem, aboleret dei nomen,
perderet promissionis fidem, deglutiire futuri regni spem. Econtra per Moïsen verbum dei sive in
verbo dei, Moïses multis caput illud plagiis percutebat. Dimitte, inquietus, populū ut sacrificet
mibi in deserto. At ille videlicet Pharaon, non solum nō dimisit populi, verum etiam irridēs atq;
dicens. Vacant orio, & idcirco vociferantur dicentes. Eamus & sacrificemus domino, amplius
opprescit eos operibus, in tantum ut diceret Moïsi & Aaron. Facte fecisti odorem nostrum
coram Pharaone & seruis eius, & prebeatist ei gladium ut occideret nos.

Quod omnipotens verbum dei percussit primogenita Aegypti.

CAPVT XIV.

Quid multa, post ranas & cines, post muscas & locustas, quibus illud caput draconis
extimulat atq; corruolum fuerat, post vesicas turgentes, & grandines igne permixtas,
quibus exulceratum atq; grandinatum ingemuerat, cum neq; istis neq; cæteris plagiis adhuc
cederet exterminium primogenitorum, viatorum afferuit sermonem dei cum predicta immo-
latione agni mystici. Dum enim (inquit sapientia) quietum silentium tenerunt omnia, & nox in
suo decurso medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de celo à regalibus
sedibus, durus debellator in mediā exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insimulatum
imperium tuum portans, & stans repleuit omnī morte, & vñctū ad celum attingebat stans in
terra. Hoc illa scriptura de illo noctis medio dixit, quando percussit omne primogenitum in Exod. 12.
terra Aegypti, primogenito Pharaonis, qui fedebat in foliis eius, vñctū ad primogenitum ca-
pitum quæ erat in carcere, & omne primogenitum furentorum. Surrexitq; Pharaon nocte, &
omnes serui eius, cunctaque Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegyptu. Neque enim
domus erat in qua non faceret mortuus. Cum igitur illa scriptura prior dixerit, factum est in
nocte, percutiit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, & ista sequens dicat.
Dum nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, & cætera. Non dubium Sapien. 18.
quoniam dominus qui percutiit illa primogeniti Aegypti, propria sit persona verbi dei, filii dei.
Verbi omnipotenti, filii victoriosi. Vnde vigilanter animaduertendum, quod cū dixisset. Tran Exod. 12.
sibit dominus percutiens Aegyptios, cunctq; viderit sanguinem in superliminari & in vtroque
poste, transcendit osium, & non sinet percutiorem ingredi, continuo subiunxit. Custodi ver-
bum istud legitimū tibi & filiis tuis vñctū in æternum. Quid enim est præsentis loco dicere, Cu-
stodi tibi verbum istud legitimū, nisi ac si dicat, custodi tibi dominum istum vñctū in æternum.
(Verbum nang istud, omnipotens sermo iste, dominus est, vt iam dictum est, quem custodire
oportet vñctū in æternum) porius quam illius agni immolandi ritum, qui profecto permanere
non debuit vel custodiri vñctū in æternum, sed tantum vñctū ad illam plenitudinem temporis, quo
incarnandum erat verbum istud, custodiendum vñctū in æternum

Quod

Quod de eodem verbo dictum sit, Exultauit ut gigas ad currendam viam.

C A P V T XV.

Sapien. 12. **I** Am descrip^tio eius p^ralibata diligentius consideranda est; Omnipotens, inquit, sermo tuus domine, exiliens de celo a regalibus sedibus, durus debellator, in medi^a extermiⁿ terram profiliuit, gladius acutus, insimilatum imperium tuum portans, & stans replevit omnia morte, & vlc^p ad cœlum attingebat stans in terra. Nonne magnum & fortis in his verbis gigantem agnoscis? gigantem illum, de quo Psalmista canit. Exultauit ut gigas ad currendam viam suam, a summo celo egressio eius? Quis enim aliis gigas per incarnationem de celo descendit, & superato mortis imperio, cum Victoria in cœlum ascendit? quod Psalmista prophetico spiritu cecinⁱ. Nisi omnipotens sermo tuus domine, qui tunc de celo a regalibus sedibus, durus debellator profluit in terram, & vlc^p ad cœlum pertingebat in terra stans? Magnus utq^e gigas, qui stans in terra, vlc^p ad cœlum pertingebat, quod Psalmista dixit de futuro propheta. A summo celo egressio eius, & occursus eius vlc^p ad summum eius. Et quod sapiens ille dixit de preterito memorans, Exiliens de celo a regalibus sedibus in terram profluit, & vlc^p ad cœlum attingebat stans in terra. Eadem vnius eiusdemque, qui & incarnatus venturus erat in mundum, & nondum incarnatus venerat super Aegyptum, velocitatem pariter & magnitudinem giganteam, magnificè p^radicit. Verum quia praesenti operi suscepimus vel propulsitum non est, cuiusmodi mysteria perquirere, sed bellorum verbi dei quandam velut historiam texere, hoc nunc in laudem victorie eius breuiter dicendum, quia dignum se fecit iste omnipotens sermo domini, quod tunc de celo a regalibus sedibus taliter exiliuit, quod durus debellator gladius acutus in medi^a extermiⁿ terram profluit, & stans omnia morte replete, videlicet ita, vt non esset domus in qua nō iaceret mortuus a primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius, vlc^pque ad primogenitum captiuus quæ erat in carcere, & omne primogenitum sumentorum.

Idem verbum dei Aegyptijs fui^{se} gladium acutum, filiis autem Israel agnum mitem & mansuetum.

C A P V T XVI.

Mirabile utq^e fecit inter domos Aegyptiorum & domos Israel uno eodemque tempore, vna eademque nocte. Illic, id est, in dominis Aegyptiorum tanq^u durus bellator erat, tanquam acutus sententiam vibrabat. In dominis autem filiorum Israel mitem se & humilem natura esse signabat. Per agnum, simplex & mansuetum animal, quod immolarⁱ iussit. Deus nancⁱ misericordia & humilitate est, neque apud nos talis didicit esse filius dei, ex quo carnem nostram afflupⁱ, vt diceret. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, sed talis erat priuilegium cœlum & terra fierent, natura propria, non cuiuslibet imitatione. Inter nos istud non discere venit, sed docere. Peccantibus impietas rebellando hoc meretur, quod talis esse videtur, vt de illo tempore dictum est. Durus debellator & gladius acutus, videlicet quorū cor durum manu eruidine & patientia eius abutitur, vt ille Pharaon durus & superbus. Ille enim vbi primū audiuit. Hec dicit dominus deus Israel, dimittre populum meum vt sacrificerⁱ mihi in deserto. Quis est dominus, sat, vt audiat vocem eius, & dimittat Israel nescio dominum, & Israel non dimittat. Ita incipiens, magisq^e ac magis cor suum indurans & aggrovians, hoc emeruit, vt iste misericordia & humilitas contineret manutudinem suam, & offendere in eum fortitudinem suam. Veruntamen neq^e ipsum, neq^e Aegyptios ceteros durus iste debellator debellauit, per semetipsum primogenita percūrriendo, sed percūrsori videlicet angelo malo, potestatem dādo. De quo dixit ipse ad Moysem & Aaron. Cuncti viderit sanguinem in superliminari, & in vroci postea, transceder ostium, & non sinecū percūrsori in regi domos vestras & ladere. Et Psalmista cū dixisset. Misit in eos iram indignationis sue, &c. addidit continuo, immisionē per angelos malos. Vita nancⁱ est iste omnipotens sermo, & mortis pessima, quæ peccatorⁱ est, in se amaritus dñm nō habet, sed ministris eiuldem mortis malos angelos in potestate habet, quos idcirco percūrtere iustus permittit, quia peccatores acculante culpa, iustitia vivere non sinit.

Quam ob causam primogenita Aegyptiorum percussa sint.

C A P V T XVII.

E T quid iustus, quid in ordine iustitiae pulchrius, quam vt talium primogenita interficerentur? Primogenitum nancⁱ domini, Pharaon & Aegypti penitus auferre solebat, & idcirco iusta vice, pulchro ordine in extermino primogenitorum plaga recuperant extremam, sicut apud ipsum dominū prae*dictum* fuerat atq^e prae*ordinatum*. Dixeratq^e dominus ad Moysem, dum mitteret eum ad Pharaonem. Dices ad eum. Hec dicit dominus, filius meus primogenitus Israel, dixi tibi. Dimittre filium meum vt seruari mihi, & nolussem dimittere eum, ecce ergo interficiam filium tuum primogenitum. Claret ordo iustitiae in eo quod eius interficit primogenitum, qui primogenitum domini solebat dimittere. Vnde autem populus ille primogenitus domini

domini aut filius? Nunquid deus illum generat, aut ante illum populum sive hominē, quem Primogenitus aliquo modo potuit populus ille dici, videlicet respectu genitilis populi, quem postea regeneratur erat per euangelium Christi filii lui vngenitum. Veruntamen nihilominus causa cognoscenda est, cur ille populus tali in tempore filius dictus sit primogenitus, videlicet quia caro nem de populo suo illo era assumpturus idem desilus, vere primogenitus, vere vngenitum. Agebat hoc instanter diabolus & intendebat, ne populus ille permaneret, vnde nasciturus est Coloss. 1. Et idcirco quisquid in eundem populum agebat per Pharaonem & seruos eius, in illum filium recte refertur, cuius originem carnis præcidere festinabat, ne nasceretur. Non igitur leueni a paruam ob causam primogeniturae cœsa sunt. Quod si quereras, cur etiam primogenitura cœsa sunt iumentorum? Ad hoc breuiter dicendum, quia per vim retinebat Pharaon iumenta vel armamenta eorum. Cum enim diceret Moses, Hostias quoque & holocausta dabitis nobis quæ offeramus domino deo nostro, cuncti greges pergant nobiscum. Itemque dicente illo. Cum paruulis nostris & senibus pergeremus, cum filiis & filiabus, cum oviibus & armentis. Recede (ait) i me, & caue ne vltra videas faciem meam. Sta. Exod. 10. timque electi sunt de conspectu Pharaonis.

Quam ob causam item post eadem primogenitorum, omnes Aegyptij aquis operi fuerint.

C A P V T XVIII.

P laga ista, id est, morte primogenitorum, caput illud contritum & evictum est, ita vt molia loqueretur, & diceret. Surgite & egredimini, ite & immolate domino, sicut dicitis, & vt petieratis, & abeuntes benedicte mihi. Sic locutus est recenti dolore adiuc faecius, sed postmodum cum dimisisset populum cum nunciareret ei quod fugisset populus, respiravit inuidia rediuua, inuenitum superbia, & cunctis curribus cum omni exercitu abeuntem Israel vlc^p. In mare persequebatur, non tam vt illum ad seruendum sibi retineret, quam vt omnino interficeret. Dixit enim inimicus, sit in cantico Moses, Persequebar & comprehendam, diuidi spolia, & impletur anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Idcirco sicut dum primogenitum domini populum dimiciter noller, iustus primogenitum filium suum perdidit, ita nimis iusto iudicio, dum omnes interficerere cupit, ipse veria vice cum omnibus suis pergit, cooperans aquis, & ne venus quidem superfluit ex eis. Ita primum draconis caput viscit verbum dei, per figuratum sacramentum future sue carnis sive passionis, id est, per versus spernitum immolationis agni, & mulier illa quæ in verbo habens clamabat, exultauit, id est, gens illa Christum quandoq^e partura, præcentore Mose, canticum gloriae domino cantauit. Vnde & sapientia dicit. Inimicos eorum dimiserit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt. Domine nomen sanctum tuum, & vicitricem manum tuam laudauerunt pariter. Sapien. 10.

Hec omnia Abraham a Deo prædicta fuisse, & quod filii Israel Aegyptios iuste spoliariunt.

C A P V T XIX.

N onne hoc est iustum & verum verbum, quod dictum fuerat ad Abraham patrem ipsorum? Scito, ait, prænoscens quod peregrinorum futurum sit lemen tuum, in terra non sua, & subiungit eos seruituti, & affligit annis quadrangulis, statimq^e subiunxit. Veruntamen gentem cui seruitur sunt, ego iudicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia. Per pulchrum & expectatione dignum est, quod iste omnipotens sermo taliter exiliens de celo a regalibus sedibus, vt supra memoratum est, gladius acutus, & durus debellator, non solum illic, verum etiam in omnibus quæcumq^e debellat aut percūrit, iudicio pugnat, iudicio vincit, nullumq^e omnino absq^e iudicio percūrit, quia summus est iudex, in modo quia iudicium est, quia veritas iudicium est. Vnde non noua afferione, sed antiqua veritate in Apocalypsi de eo dictum est. Qui sedebat super equum album, scilicet de hoc ipso verbo habente corpus immaculatum, quia vocabatur fidelis & verax, & iustitia iudicat & pugnat. Quod si iudicium vel iustitia iudicij quæ ritur, de hoc quoq^e quod iusti tulerunt spolia impiorum, quod cum substantia magna egressi sunt, spoliaueruntq^e Aegyptum, subiente ipso, vt postularer vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa aurea & argentea. Si, inquam, de hoc ratio queritur, quia cum iudicio factum esse Luce 10. probetur, sententia in promptu est iusta & nota, quia dignus est operarius mercede sua. Operarios autem Aegyptiorum, filios Israel fuisi quis neciat? Preponuerat namque illis Pharaon magistros operum, vt affligerent eos oneribus, edificaueruntq^e illi vrbes tabernaculorum Philetion & Rameles. Qualem pro illis operibus, vel inter illa opera tantu^m operarij mercedem receperunt, nullam vrique mercedem bonam, sed econtrario poenam amaram, sicut scriptum est. Oderantq^e filios Israel Aegypti, & affligerant eos illudentes eis, atq^e ad amaritudinem perducabant vitam eorum operibus duris, lutis & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebant.

D

R V P E R T I A B B A T . T V T I E N . D E V I C T . V E R B I D E I ,

premebantur. Mercedem igitur quam illi iniusti, iniusti detinuerunt, isti iuste tulerunt, & tolendo spolia impiorum, iniustis argui non possunt, verbo ipso (quod deus est fidelis & verax qui (vt iam dictum est) iustitia iudicat & pugnat contra gentem illam, cui servi erant) iudicatae cum iustitia, ut egredentur cum magna substantia.

Eundem esse draconem, & Behemoth, eumq; à solo verbo vincit, ut multiplicet preces, & mollia loquatur.

C A P V T X X .

Patrata hac victoria, & vicitri veritate verbi dei, super illud primum caput draconis completa sub eiusdem temporibus, idem dominus dicebat ad beatum Iob, de eodem draconem quem Behemoth nuncupabat, qui in illo Pharaone vicitus est, per quem verbum promissio- nis eius impugnauerat. Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loqueretur tibi mollia? Item, qui fecit eum, applicabit gladium eius. Nam irum decebat, ut iam se loqueretur, quia iam fecerat in illud primum, & facturus erat in cetera capita, ut vnumquodque sibi mollia loquere- tur. Nempe is qui corde indurato, dura locutus fuerat, dicendo. Quis est dominus ut audiatur vocem eius? Ne scio dominum, & Israel non dimittam, & his similia, tandem humiliatus fuit vulneratus, idem superbus postquam semel & iterum false dixit. Peccavi etiam nunc, orate do- minum, peccavi, sed dimite etiam hac vice peccatum mihi, ut iam non valens ultra fallere. Surgite, egerdimini (inquit) & abeuntes benedicite mihi. In mari quoq; positus fracta duritia mollassime dixit. Fugiamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Similiter de ceteris capitibus draconis id est, de regnis, que pugnauerunt, vel per quae draco ipse pugna- uit contra verbum dei. Iam hic breuiter dicendum est, quia singula suis temporibus & locis, post multam superbiam atq; duritiam multiplicauerunt preces, & locuti sunt mollia. Nam & Babylonij regni caput Nabuchodonosor, postquam ex hominibus ablectus est, & secum vi- pos comedit. Leuaui (inquit) oculos meos ad celum, & altissimum benedixi, &c. Sic & Aman caput superbiae regni Persici, cum vniuersum genus Iudeorum sele iam delere puraret, tan- dem multiplicauit preces, & mollia locutus est instantius, ut corruperet super lectulum pro anti- ma sua rogas reginam Hester. Similiter de ceteris experimenta reperientur in suis locis, quā veraciter de agitatore illorum draconis diabolo dictum sit. Nunquid multiplicabit ad te pre- ces, & loqueretur tibi mollia? simulq; illud. Qui fecit eum, applicabit gladium eius, ut videlicet frustretur conatus gladii eius, quemadmodum huius primi, qui cum dixisset. Euaginabo gla- dium meum, interfici eos manus mea, suffocantibus aquis praepeditus est, ut gladium suum explicare non posset de vagina sua.

Quod dominus populum Israe liberaverit in laudem & gloriam nominis sui, ut faceres eam excelsorem cunctis populis.

C A P . X X I .

Verē magnum & laudabile victorie verbi dei spectaculum, si rite perpendas pugnantis sive duri debellatoris huius intentionem atq; propositum. Quid enim intendebat? Quid in proposito habebat, quando primum illud draconis caput omnipotens sermo tuus domine, de celo à regalibus sedibus exiliens debellabat? qualiter bellii sive victorie sua fructum qua- rebar? Hoc licet ferè omnes nouerimus, ramen ex ipsius sacræ scripturæ oraculo audire pre- senti loco amplius delectamur, cum præmisseret Moyses ad Israel. Dominus elegit te hodie, vt sis ei populū peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta eius, subiunctis intentionis summam. Ut faciat (inquit) te excelsorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem & nomen & gloriam suam. Quid hoc intentione benignus, dulcius, amabilius? Populum numero exiguum, seruiture miseritimum, populus omnibus viliorum atq; contemptibiliorum, su- perbissimum famularum, & in ipso famularu inter opera dura lutu & lateris affigentibus, arque illudentibus Aegyptiis expositorum, ita consolari intendebat, ut cunctis gentibus facere proponeret excelsorem, & hoc intendens atq; dicens. Videns vidi afflictionem populi mei in Aegypto. Ad liberandum illum descendit, & hoc tam grande certamen suscepit. Quæ autem illa celitudo sit, vel in quo populum illum cunctis populis excelsorem facere volerit, & fecerit, apostolicis enunciatis verbis, quia ipsorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissio, quorum patres, & ex quibus Christus secundum car- nem, qui est super omnia benedictus deus in secula, amen. Num parua haec celitudo est? Et in alio loco, cū percunctatus fuisset. Quid ergo amplius est Iudeo, aut quæ vtilitas circumcisionis statim? ipse respondit. Multū per omnem modū. Primi, quia credita sunt illis eloquia dei. Tan- ta celitudo excellum facere illi dignatus populu præ cunctis populis. Quomodo vel quan- do illi eloquia sua credidit? Die quinquagesimo ascendit ad me in monte, ait ad Moysem, & esto ibi, dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israel. Tanto ac rati studio deus illis eloquia sua credidit, ut eloquiorū quoq; signa, scilicet literas tra- deret Moysi, dando illi tabulas scriptas dígito dei.

Populo

L I B E R III .

FOL . 20.

Populo Israe non solum commissa, verum etiam scripta fuisse eloquia dei, idq; dígito ipsius.

C A P V T XXII .

Author liti-
tor existinhbitur. Sic namq; Moyles ipse testatur. Dabo tibi (ai dominus) duas tabu-
las lapideas, legemq; ac mandata quæ scripsi. Legem cum dicis, subiungendo ac mandata, non
utq; cérémoniarum, sed legem decem præceptorum vult intelligi, & rursus scriptum est. Et re-
uersus est Moyles de monte, portans duas tabulas testimonij in manu scriptas utræc pars,
& factas operæ dei. Scriptura quoq; dei sculpta erat in tabulis, & in Deuteronomio digestis rur-
sus decem mandatis. Hæc (inquit) verba locutus est dominus, & scripsit ea in duabus tabulis
lapideas, quas tradidit mihi. Item, de tabulis secundis, quas fecit, prioribus fractis. Cunctq; dolas-
sem (inquit) duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus.
Scriptisq; in tabulis iuxta id quod prius scriperat verba decē. Itē in Exodo. Dedit quoq; Moy-
les (completis huiuscmodi sermonibus in monte) duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digi-
to dei, ac deinceps (ait) tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas
verba quæ habuerunt tabulae quas fregisti. Quorums ita tot testimonia! Videbiles ut liquide
conset, quod qui huiusmodi rationem & vocem sue lingua ad loquendum dedit, idem ipse
deus literas, id est, ipsas elementorum figuræ primus per semetipsum conscripsit, & ei qui pri-
literatum ex omnibus hominibus scribere meruit, scilicet Moyles scriptas tradidit. Necdum quippe
vel ipse Moyles quicquam scriperat, quando dixit ei. Ascende ad me in montem, & esto ibi,
dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi. Equidem Graecia Carthamus
quo tempore dux Orthoni filius Israel præcerat. Et Latinas literas tradidit Carmentis, quo tem-
pore populum Israel iudicabat Iair. Sed hoc fieri potuit humana industria per imitationem scri-
pturæ prioris & diuini operis, ut iam nō esset impossibile fieri in alia lingua, quod homini per
semetipsum deus ostenderat in una, scilicet Hebraica.

Nihil vtilius inuenio literarum ad cognitionem dei creatoris esse.

C A P V T XXIII .

Norandum itaq; quod inter cuncta opera manuum hominum hoc vnum opus est, quod Exod. 17.
habet homo ex artificio opificis dei, & de cunctis operibus dei, quæ multa sunt, hoc vnu-
opus est, quod homini manu sua iussit operari. Nam & in tabulis opere suo, scripturam suam
scripsit, & homini in libro scriberi iussit. Exempli gratia. Scribe hoc (inquit) ob monumentum
in libro, & trade auribus Iose. Delebo enim memoriam Amalech sub celo. Nunquid hoc tan-
cum illi scribere iussit, quod Amalech principium gentium, id est, primus ex omnibus gentibus
venisset, & pugnasset contra Israel, & idcirco memoria eius deleenda esset? Imo amplius illud
confat, & dignè sciendum est, quod iussit illi scribere. In principio creauit deus colum & ter-
ram, quamus non sit præmissum, dixit dominus ad Moysem. Scribe hoc in principio. In prin-
cipio creauit deus celus & terram, quod si vtilitatem huius operis, scilicet manu scribendi recte
perpendit, profecto fateris dicere vel decussile deum maleficiis, quod figurari huiusmodi felli-
ct literarum non aliud q; ipse primus author exstitit. Quid enim est in omni mundo, in vniuersa
multitudine rerū, vel signorū vilibilium, quod humana mente ad cognoscendū creatorē suum,
tam efficax, tam vtile, tamq; certū præbeat adiumentū? Nunquid ordo celi, solis, & lunæ, scel-
larum, quæ omnia pulchra sunt, & creatrices omnipotentias quædā signa sunt, quæ ita vi hæc
verborum signa, sensus nostris instruunt aut instruere possunt. Hæc signa de præterito narrant,
de presenti demonstrant, de futuro seculo annuntiant, & quod summum est, creatoris nō solum
omnipotentiam affluerant, verum etiam voluntatem nobis intimat, & quoties volumus, deus
nobiscum per hæc signa loquitur. Dignum igitur opus, quod ipse deus operatus esse credatur,
sicut manifeste scriptura testatur. Quia (sicut iam dictum est) prior ipse scripsit in tabulis opere
suo, dígo suo, utq; modo ineffabilis, & deinde homini scribere suffit.

*Sicuti priores duas tabulae Moysei fractæ sunt, Ita & literarum characteres, sub Esdra
mutatas fuisse arbitramur.*

C A P . XXIV .

Sunt autem literæ apud eosdem scilicet Hebreos numero vigintiduæ, & characteres quidē Literæ apud
immutari sunt, quia certū est, Esdram scribam, legisq; doctorem post captiā Hierosolymam, Hebreos
& instauracionem templi sub Zorobabel alias reperiſſe figuræ, sed sono eodem permanente, quo.
Quod vero mirum si elementorum figuræ, quas ipse deus tradiderat, per prophetam Esdram
immutari voluit, quem ipsum esse Malachiam accipimus, qui in ordine duodecim propheta- Eſdras id
rum est nouissimus, cum ipsas quoque tabulas, in quibus scriptura dei literæ sculpsæ fuerant,
quas nimis non Moyse præcessit, sed Moyse ipse dedit, strangi placuerit, & alias Moyse ip- qui Ma-
pæ fecerit, quamus nec in illis scriperit, dicente domino ad eum. Præcede tibi duas tabulas la- chias.
pideas instar priorum; & scribam super eas verba, quæ habuerint tabulae quas fregisti! Nam
D ij de prio-

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. D E V I C T. V E R B I D E I

de prioribus tabulis, quod nō Moyses illas praeviderit, sed dominus ipse & scripsiterit, & illi de-
derit, manifesta est auctoritas scripturae, que dicit. Dixit autem dominus ad Moysen. Ascende
ad me in montem, & esto ibi, dabo tibi tabulas lapideas, & legi ac mandata quae scripsi. Item
ad loco. Deditque Moysi completis huiuscmodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas te-
stimonij lapideas, scriptas digitis dei. Non ergo mirum, si in restauracione ciuitatis vel templi
literas, quae digitus dei scripsit, per hominem immutari placuit, cum in constructione tabe-
naculi quandoque destruendis, tabulas duas ipsae deus preparaverat, homo frigerit, & alias iussu
dei praeviderit, poruit in vitroque scilicet & in alteratione tabularum, & in demutacione lite-
rarum eiudicem rei esse portentum? Quia videlicet futurum erat, ut omnia quae tunc instituit
deus nondum homo factus pertransiret. Nam ecce vetera sunt, & transierunt, & noua omnia
facienda erant, ut nunc facta sunt que instituit idem deus homo factus, sacerdos in æternum, de
quo Apostolus Christus autem afflans ponebat futurorum honorum per amplius & perfectius
tabernaculum non manufactum, & cetera.

Dona eis dei, quod homo in verbo dei posset meditari, deinde & eloqui, demum & scri-
bere, atq; aliorum scripta legere.

C A P. X V.

Ecce quam parvulo auxilio, quantum deus & verbum eius subuenit generi humano! Vi-
ginitudine tantum, sicut iam dictum est, literæ sunt. Ecce de impensis tam parvus, quam mag-
num constructum est aedificium: Primo ex ipsius positum est fundamentum scripturarum, id
est, scripturæ illæ qua canonice dicuntur, per spiritum sanctum conditæ sunt, & deinde quam
multi ex omninatione & gente, maximè Græci & Latini, non pluribus vñi literis superadi-
scauerunt. Inde factum, ut in publicum conuentum nostrum habeamus ascitum, & habere sem-
per possimus deum verbum. Eatenus homines pauci instruti fuerant hoc verbo, quorum notissimi
sunt, Abraham, Isaac, & Iacob, ad quos siebat dei verbum, non huiusmodi lectione, sed occulta
inspiratione, & idcirco paucissimi verbum percipiebant, quia rati instructione non multi
digni erant. Literæ dæce confessi viam fecerunt multitudini ad percipiendum verbum dei.
Ac per hoc recte dixerim, quia literarum authorem siue inuentorem primum, non hominem
quempiam, sed ipsum deum esse decuimus, cuius hoc tertium est manus ad cognitionem valens
verbi sui, quod homini literas dedit. Primum namque est donum dei, quod homo vptore ratio-
nalibus verbis illud potest meditari. Secundum, quod solus ex cunctis animantibus lingua
habens eloquentem, ipsam suam meditationem valer eloqui. Tertium, quod cum literas didi-
cerit manu scribere, & aliorum manu scripta cognoscere potest verbum dei, sapientiam dei. Vi-
sibilis signis sub istis signis primùm illi populo credita sunt eloquia dei, & instructus est de
adoranda maiestate vniuersitatis & solius veri dei, quod vnu ipse cuncte creauerit, cœlum & ter-
ram, mare & omnia quae in eis sunt, quod hominem ad imaginem suam creauerit, quod ad
Abraham, ad Isaac, & Iacob locutus sit, & semen eorum in populum sibi pecularem elegerit,
& sub eisdem signis leges eius accepit, quorum summa tota est in præceptis deuteronomio, quae ip-
se scripsit in tabulis, & sub eisdem signis ceremonias eius, id est, ritum vel ordinem eidem deo
sacrificandum suscepit.

Sacramentum coelestia, sub sacrarum superficie literarum latentia, similia esse thesauro
abscondito in agro.

C A P. X X VI.

Quantum sapientiae decus, quantos sapientiae thesauros sub istis putras signis, id est, lite-
ris, esse absconditos? Quis explicare possit diuitias salutis, quas illa mulier supra memo-
rata in illa prima victoria, videlicet ubi vicitum est & contritum primum caput draconis, acce-
pit reconditos sub illis literis? Hinc est enim quod apud Ezechielem dominus ad eandem mu-
lierem dicit. Et egreditus sum pactum regum, & facta est mihi, & laui te aqua, & emundauis san-
guinem tuum ex te, & vnxii te oleo, & vestiui te discoloribus, & calcavi te hyacinthino, & cinxi
te bysso, & indui te subtilibus, & ornauit te ornameuto, & dedi armillas in manibus tuis, & tor-
quem circa collum tuum, & dedi inauram super os tuum, & circulos in auribus tuis, & coronam
decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multis co-
loribus. Tantis namque diuitiarum splendidis nominibus, quid, nisi sacramenta ecclesiæ sub illius
sacrae scripture grofio velamine latentia, significare puramus? Nam si eiusdem prophetæ textus
in præcedentibus ac sequentibus attendas, nimisrum constat, dicta haec esse de sacra legis in-
stitutione, quam à domino in manu Moysi, in dispositione angelorum, ecclesia primitiuæ tunc
acceptis, plenæ coelestibus sacramentis. Quicquid haec attendis, profecto veram & congruam per-
species illam parabolam verbi incarnati dicentes. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in
agro, quæ qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ ha-
bet, & emit agru illi. Siquidem literatura illa in superficie quodammodo agnoſcibilis est. Sed
in huiusmodi agro thesaurus absconditus est sapientiae coelestis, thesaurus nobilis, quem qui
inuenit,

Thesauros
in agro.

Ezech. 16.

Latent sub
grofio ve-
lamine sa-
cramenta

Matth. 13.

L I B E R III.

Fol. 21.

inuenit, id est, qui intelligit recte gratulatur, & veraciter domino dicit. Bonum mihi lex oris tui Psalms.
super milia auri & argenti. Qui hoc inuenio delectati, vniuersa quæ habebant, vendiderunt, &
agrum huiusmodi emerunt, ut exonerari secularibus negotijs, vacare possent, & intendere vel
meditari in illa lege domini, & nequum potuerunt, nec nisi ex patre cognoscere poterunt, sen-
serunt dominum, latenter illic in factis figuratus & dictis mysticis.

Hunc thesauro ideo absconditum fuisse, ne parvuli quibus lacte opus erat, solidum cibum
non ferre posset, & porci margaritas pedibus subiectas conculcarent.

C A P V T X X V I I .

Plane sic abscondendo thesauro tanti preci, iam tunc ipse primus fecit, quod alibi do-
cet, cum dicit. Nolite margaritas vestras mittere ante porcos, ne forte conculcent eas, &
conuersi lacerent vos. Item, Sapientia docet, parvulus non solidum cibum, sed lac esse offeren-
dum. Hoc (inquam) tunc ipse fecit, dum verbi sui thesauro & margaritas lectorum cele-
stium taliter signauit, ut nec pore inuenire possent, nec parvuli pressi pondere deficerent. Pro-
fecto si temporis illius statum respicias, homines aut contemporanei erant nimis, aut simplices,
præter paucissimos quos spiritus propheticus, qui in Moysi amplior erat, consiliis sui consilio
habere dignatus est. Exempli gratia, Choræ & Dathan, atq; Abiron, & ceteri proceres syna-
goge, qui contra dominum & contra Moylen steterunt subflannantes atq; dicentes. Reuera in-
duxisti nos in terram, que fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum vi-
nearum. Nonne porci erant, qui conculcarent obiecta sibi cu[m] vidissimi margaritas regni co-
lorum? Idcirco valde notandum, quod cum sanctæ scripture intentio tota tendat ad regnum
colorum, sere nulquam in omni pentateucho illa sit mentio de gloria eiudicem regni, vel com-
minatio gehennæ ignis, verbis manifestis, præter quod dictum est in cantico. Ignis succensus est
in furore meo, & ardedit usq; ad inferni nouissima, minæ sunt ad dererendū, ne peccent, de gla-
dio, de fame, de pestilentia, de malis bestijs. Promissiones vero ad excitandum bonū studium,
de agris, & de vineis, de oppidis, sue villis, & ciuitatibus muratis, de ficeris & olivetis, de terra
fluente riuis lactis & mellis, quibus videlicet nominibus, & quæcunq; vulgo intelliguntur, le-
uiora sunt his quæ spiritualibus spiritualiter sentiuntur. sed multo efficacius animos contin-
gunt attentionum vel expectantium, non illa quæ non videtur, sed illa tantum, quæ vide-
tur. Profecto si manifestius propriis iam tunc enuntiata fuisse de futuro seculo illa dulcedo vite
æterne, & requies paradisi, quæ sub nomine terre intelligitur lacte & melle manantis, parvuli
porci margaritas conculcarent.

Exemplis probatur, non expediuisse, ut sacramenta scriptura apertis verbis prodantur,
donec opere compleantur.

C A P V T X X V I I I .

Quid de mysterio dicam tabernaculi mystici, quod sine dubio secundum exemplar co-
leste dominus fieri iussit. At enim, Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in mon-
te monstratum est. Si res ipsa, scilicet sacramenta incarnationis, passionis, & resurrectionis sue,
quorum illa exemplaria fuerunt, verbum ipsum palam tunc describi iussit, quis portare po-
tuisse? Ut de multis vnum exempli gratia proponam, illud quod in Deuteronomio taliter di-
ctum est. Et erit vita tua quasi pendens ante te, & non credes vita tua, ita manifestius dici
placuisse. Esaiam serratum esse accipimus, quasi iusto & legis iudicio damnatum, eo quod di-
xerat. Vidi dominum sedentem super solium excellum. Contrarius enim ipsi domino in hoc
dicto esse iudicatus est, quia de seipso dixit, Non enim videbit me homo, & vivet. Si ergo ille
ab hominibus damnatus est, quia dixit. Vidi dominum sedentem. Quid fieret de Moyse. Si vbi
dixit, erit vita tua pendens ante te, & non credes vita tua, ita manifestius dixisset. Crucifigere,
& pendere facies dominum tuum ante te, & resurrexisse non credes eundem authorem vita?
Laudabilis igitur prouidentia verbis, in eo quod per scripturam & mundo innotuit, & mundo
se abscondit, taliter eandem scripturam contemporans, ut quasi liber signatus, carnales illius
temporis oculos effugeret, & custodirent venturis spiritualibus, quibus in suo tempore viriliter
aperiri posset. Custodibus suis statim mercede qualiter cupiebat larga manu dedit, scilicet scri-
psum est. Et dedit illis regionum gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiante iu-
stificationes eius, & legem eius requirant. Atq; ita factum est, ut quamvis plerique ipsorum im-
bellere existeret, attamen pugnaturi in militia verbi dei, arma ferrent, miroq; modo pugnatorū
longe post futurū præcursors atq; armigeri existent. Hoc ipsum prævidens dominus, dicebat
ad Moysem. Feriā igitur eos pestilentia, atq; consueta, ut autē faciat principē super gentē magnā,
& fortiorē q̄ haec est. Deniq; & si nō statim factū est, Moyle interveniente, at nūc videmus im-
pletum, quia percussi sunt Iudei, & super aliam gentem, scilicet super omnem sanctā ecclesiam
Moyses prínceps & magister reuelata facie confitetur est.

F I N I S L I B R I T E R T I I .

D iii R V PERTI

Exod. 25.

Esaia ser-
ratus.

Esaia 6.

Exod. 33.

Ezod. 25.

Psal. 104.

R V PERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER QVARTVS.

Quarum animalium septem illa capita draconis similia fuerint.

CAPVT I.

De primo capite draconis, qui ante mulierem paritum stetit, ut cū peperisset, deuoraret filiū eius; id est, de primo regno, quod cōtra verbū dei & promissa p̄secutionem excitauit, vt non perficeretur propositum eius, iam dictū est, qualiter triumphauerit verbū dei, verbū deus. Nunc iam de secundi capitib⁹ excidio, narraturi opportunum est arbitramur, vt quomodo septem capita sunt, & diversas habent facies, singulorū capitum facies clara contemplatione discernamus. Ecce ex scripturā iudicio patenter animaduertere licet, quia primū caput simile erat draconis, secundū, simile erat vitulo, tertīū, simile leoni, quartū, simile vro, quintū, simile pardo, sextū, ceteris dissimili bestiis, septimū, simile homini. Draconi nanc⁹ qui est in mari similissimus es, ait dominus per Ezechielē super Pharaonem regē Aegypti. Non necesse est hoc longis probare documentis, cū ubiq̄ in omni ecclesiā notū sit, & celeberrimū quid Pharaō ille carneus, populum dei seruiti subiçtus, & per mare transeuntem p̄sequens, atq̄ submersus in mari cum curribus & equitibus suis, typus diaboli fuerit, cui post seruiturem p̄cecati a populo cōsigiente ad Christum abrenuntiantur cū omnibus pompi suis. Idcirco primum illud caput reū est simile draconis. De ceteris capitibus siue faciebus, ratio nihilominus in promptu est. Secundi nanc⁹ capitib⁹ faciem, id est, Israelicī regnū qualitatē, idcirco simile vitulo animaduertemus, quia statim post exitum de Aegypto caput vituli formauit idem populus, & adorauit illud. Et tūc quidem caput illud ad tempus refreſsum fuit, sed ybi temporis opportunitas accessit, confessim eandem faciū dupliciter, id est, duos vitulos reformauit, regnū illud scismū a domo David, & colendo arct⁹ defendendo illos, p̄geones verbi dei intersecit. Deinde tertīū, quarti, quinti, atq̄ sexti capitib⁹ facies Daniel exprimit. Prima (inquit) quasi leæna, quia videlicet regnū Babylonicum secundum similitudinem leænae, duobus mala abundauit, superbia videlicet, & luxuria. Alia bestia, scilicet regnū Mædoniū arc⁹ Perſarum, similes viri, scilicet propter crudelitatem Aman Agagite hostis Iudeorum. Bestia tertia, vel regnū Macedonii, quasi pardus inquit, nimirū propter varietatē Græcorum, & locutiam Alexandri magni, & Antiochi, qui in Iudeos impie delæruit. Bestia quarta videlicet regnū Romanorū, non dicitur cui similiſſim⁹ fuit, quia regnū illud magnitudine & fortitudine cunctis dissimile extitit, & cōtra fidē verbi incarnati plus omnibus & terribilis infendit. Post illa duo superiora, & ista quatuor inferiora capita siue regna, septimū futurū est caput, cuius facies similiſſim⁹ homini, scilicet regnū Antichristi, qui homo peccati, & illius erit perditionis. Nunc ordinem prosequamur.

Quod facies secundi capitib⁹, facies vituli fuit, quem fecit Aaron, & quomodo tunc mulier in vtero habens, clamauerit.

CAP. II.

Interea dum in monte cum Moysi dominus, vel cū domino Moyses loqueretur, Serpens antiquus primo capite exarmatus, iam alius caput erigere properabat contra deū & verbū eius. Videns nanc⁹ populus, q̄ moram faceret descendendi de monte Moyses, formauit, & fecit vitulum conflatilem. Et hi sunt (inquit) dīi cui Israēl. Item dixerunt alter ad alterum. Constituimus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quis nisi diabolus serpens antiquus hoc machinarus est? Illud intendens, vt offensus deus populi reatu, verbū sui ac promissionis oblitus, à proprio suo auerteretur. Sed clamauit mulier illa in vtero habens, videlicet Moyses, cuius anima eiusdem mulieris, scilicet ecclesie pars erat, clamante & orante domini dei suum, ac dicente, Cur domine irascitur furor tuus contra populu tuū? Recordare Abraham, & Isaac, & Israel seruorū suorū, quibus iurasti per temetipsum dīcēs. Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas eccl. Hec & cætera dicens, nimirū vehementer cupiebat, iustificari deū in sermonibus suis, & vincere victoria veritatis, & per virtutē huiusmodi intentionis domini dicētis, Dime me, vt irascatur furor meus. Fortis homo tenere potuit, quia reuera fortis est, & apud deū, & apud homines, quicunq; verbi dei dīsus auditor est, id est, qui optat sicut David, vt deus in sermonibus suis iustificetur, & vincat cū iudicatur. Itaq; (sicut iam supra dictū est) facies secundi capitib⁹ similiſſim⁹ vitulo extitit, sed tunc gladii caput illud non potuit, quia non sibi ducem constituerū, imo statim ducē suū vindicem⁹ contra vitulū suū, deū suū experti sunt, q̄ fortem haberet iustitiae zelum, cū esset mitissimus omnium hominū. Ille nanc⁹ iratus valde, proiectis de manu rubris atque contractis, vitulūque combusto & contrito usque ad puluerem. Si quis est domini, ait, iun-

Apoca.12.

Capita draconis.

Ezech.57.

Psal.104.

2.Reg.12.

Exod.32.

Nume.14.

Exod.32.

Ibidem.

Ibidem.

LIBER IIII.

Fol.

22.

ait, fungatur mihi. Congregatisq; ad eum omnibus filijs Leui. Ponat (inquit) vir gladium suū p̄femur suum, & occidat vnuſquaque fratrem & amicum & proximum suum.

Quid idem caput sublatū ad tempus, sub Ieroboam denuo eretū sit. CAP. IIII.

Et tunc quidem ex oculis sublatum est caput illud draconis, scilicet vitulus, sed ex animo populi nunquam penitus sui amoris. Eiusmodi deus semper erat illis in appetitu, sed sub seueris iudicibus prohibebantur, usque ad tempus Roboam filii Salomonis filii David. Illo succedente patri, scilicet sunt decētribus a domo David, & fecerunt sibi regem Ieroboam, qui exco gitato consilio fecit duos vitulos aureos, posuitq; vnum in Bethel, & alterū in Dan. Dixitq; Exodi.32, idipsum, quod filii Israhel formato (vt iam dictū est) vitulo in deserto, dixerat, Ecce dīxū Israhel, qui duxerunt te de terra Aegypti. Tunc toto conamine erexit se contra mulierem secundum caput draconis, habem (vt iam dictū est) faciem vituli. Cœpit enim vti gladij, & interficer & persequi maximē prophetas verbi domini. Eatenus, ex quo Pharaō interiit, & nullus regum gladios habuit ad causam hanc, vt prohibere posset, deo vero sacrificari, & annūciari verbum domini, quicquid interiit egit auerterendo populū a cultu dei, non tanquam draco belator, sed tanquam serpens deceptor egit, per eundem sexum populum decipiens, per quem & primum decuperat hominem sine vi. Duxerunt enim vxores filias eorum, ipsiſ; filias suas Iudei., eorum filiis tradiderunt & seruiebant dijū eorum. Hinc iratus dominus tradebat eos in manus hostiū, a quibus afflīcti clamabant ad dominum. Dominus quoq; flectebatur misericordia, Iudic.2, & audiebat afflictorum gemitus, & suscitabat eis iudices, & liberauit eos de cæde vastantium. Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebatur, & multo maiora faciebat, sequentes deos alienos, & seruientes eis, & adorantes illos. Inde serpens intermis exsistit, nec tanquam draco belare potuit, quia iudicem ait principem neminem ex omnibus possedit, cuius vi posset vti ad deterredit illos a cultu domini, quinimum feri omnes iudices strenue gesserunt suis quicq; temporibus, astringendo populum ad custodiā legis domini.

Quod per iudices dominus populum ab idolatria represserit, & ab hostiis defendebat;

CAP. IIII.

Eorundem omnis victoria iudicium, profecta victoria verbi dei est, quia videlicet non in multitudo exercitus, sed in verbo domini vicerunt, liberantes Israhel ab oppressione hostium de Othoniel, qui primum illorum videlicet duodecim iudicium extitit, ita scriptum est. Fuitq; in eo spiritus domini, & iudicavit Israhel. Egressusq; est ad pugnam, & tradidit dominum in manus eius Chulān Raphathāim regem Syriae, & oppresſit eum. Post illum secundum Ahud, Iudei., qui liberauit Israhel de manu Moab, dum percuteret regem Eglon, Verbum, inquit, domini ha beo ad te. Statimq; dictum eius, quod secum haberet verbum domini, verū esse res ipsa proba Ibidem, ut, quia videlicet vitius & humiliatus est Moab de illo sub manu Ahud, & terra quietuit. Post illum Samgar defendit Israhel. Procul dubio nō virtute humana, sed virtute eiusdē verbi. Cuius Sampson, rei testimonium illud est insigne, quod percussit de Philistij sexcentos viros vomere. Defende Barach dum pergit ad pugnam contra Sisaram principem exercitus labini regis Chanaan, dixit Barach, ad eum prophetes Delbora. In hac vībi victoria non reputabitur, quia in manu mulleris Iudei., tradetur Sisara, quod & factū est. Nam Iahel vxor Aberecinei percussit eum in capite, querens vulnera locū, & tempus validē perforans. Dē Gedeon quis neliciat, quod victoria, qua Madian Gedeon, & Amalech, cæterosq; orientalium nationum vicit, victoria fuit verbi dei? Cum trecentis viris ad pugnam iuit, tenentibus in sinistris manibus lampades, & in dextris sonantes tubas, illisq; conlamentibus, gladius domini gladius Gedeonis, stantibus singulis in loco suo, inimi cōsiderat dominus gladium in omnibus castris, & mutuā cæde trancabat. Nimirū eiusmodi beli Iephite, & victoria non hominis, sed dei est. De Iephite non sic eluet, quod pugnauerit in eo verbum domini absē robore militari, excepto quod de ipso scriptū est. Factus est ergo super Iephite spiritus domini & circumiens Galaad & Manasse voulit domino, transiuitq; ad filios Ammon, tradiditq; dominus eos in manus eius. De Sampson nulla est dubitatio, quoniam fortitudo eius, verbum ipsum fuerit, cuius venturi in hunc mundum per incarnationis mysterium, Iudei., mysteria præclarissima præclaris gestis præfigurauit.

CAP. V.

Indices iti non insilient, sed clamore populi præente, suscitari sunt à domino, vt libera rent filios Israhel de vastantium manibus. Quid horum magis venerandum esset quid am̄ pes à domini plus potentiam vel sapientiam commendat verbi dei ad victoriā tendentis? Illud ne, quod tradidit eos in manus hostiū, vt clamarent, an quod clamatis judices suscitauit, qui eos liberaret? Nimirū in virtutē omnipotē sermo tuus domine tanquam durus bellator decerbat, vt nō vacuū reverteretur ad te, qui salutem generis humani in ipso proposueras, & hoc Abraham promiseras. Maximē aut in hoc dirigebat salutis eiusdē cursum, quod tradebat Israhel in manus hostiū. Vexatio namq; auditui dabat intellectū, vt scep̄ dicta mulier aduersitatis cōmonita,

D iiiij recognoscaret,

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI,

recogitaret, & memor fieret qualem in viro haberet conceptum, & quam necessarium sibi esset, ut conceptus ille perueniret ad partum. Quid enim clamasse arbitramur iuuenclam illius temporis vel aeratis ecclesiam? Quoties illud legimus vel audimus. Clamauerunt filii Israël ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberavit eos. Profecto non vanè illud nonnullos clamasse & clamando postulasse intelligimus, ut iam veniret iste saluator, qui Abrahæ fuerat promissus, & per Moysem designatus, quali signo foret cognoscendus. Prophetæ (inquit) de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, & cetera. Nunquid enim, quia solus Moses illuminasse manifeste legimus, nullus, vel eodem, vel sequenti tempore eundem in clamasse putabatur? Moses vtricq; cum in Aegyptum ad Pharaonem mitteretur, portus illum iam mitti cupiens, qui plenam salutem perficeret, Obsecro, inquit, domine, mitte quem misseris es. Item postquam vitulum fecerant, cum pro eodem populo deprecaretur, in ter cetera dicebat. Præcipis mihi, ut educare populum istum, & non indicas mihi, quem misseris sis mecum, præsertim cum dixeris. Noli te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Vnde animaduerterendum, quod eodem in loco recte dicitur idem Moses festinus, hoc modo. Festinusq; Moses curvatus est pronus in terram, & adorans ait. Si inueni gratiam in confectu tuo domine, obsecro ut gradiaris nobiscum, & cetera. Multum namq; festinabat, quia cum dixisset Jacob. Non auferetur scepter de Iuda, & dux defensor eius, donec veniat qui mitrendus est. Iam illum venire cupiebat, qui mitrendus erat, parum attendere volens, quod de Iuda non solum duces aut iudices, verumperiam reges existere oportet, priusquam ille veniret.

Quam ob causam iudices illi saluatores appellati sint.

CAP. VI.

Quod de illo, videlicet Moysi, manifeste scriptum est, de alijs quoq; nonnullis sine dubio sciendum est. Neque enim vlo tempore sic defecit fides in Israël, vt non esset aliquis, qui eiudem venturi spem haberet, promissionemq; expectaret. Proinde recte dixerim, hoc ipsu, quod tradidit dominus filios Israël in manus hostium, De propenso suisse verbis dei ad viatoriam, opusq; perfectum tendentis, ut videlicet mulier in viro habens magis ac magis claret, & crucifaretur ut pareret. Hoc perpendenti animo, pulchrum valde & venerabile apparer, quod eodem sic datus iudices sacra scriptura nuncupat saluatores. Exempli gratia, Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & suscitauit eis saluatorem Othoniel. Item & postea clamauerunt ad dominum, & suscitauit eis saluatorem vocabulo Ahud. Nam quid claramabant ad dominum, nisi si saluator, qui mitrendus erat iam veniret? Verbi gratia, ut dicaret quisq; illorum illud Mosi. Obsecro domine, mitte quem misseris es. Sed quia tempus aduentus eius nondum erat, illi qui interim mitrebantur, ut liberarent populum temporaliter, recte sic dici merebant, quia erant ynici & veri saluatores vicarii. Saluatio per illos duplice modo, videlicet iudicando & prelendo, administrabatur. Iudicando quippe populum ab idolorum seruitio cohiebant, prælendo ipsi in fronte gradientes, de hostibus quibus seruerant fortiter vindicabant. Erant ergo in disciplina iudices, in prælio duces, in vtricq; saluatores, sacramenta victoriaq; saluatoris eterni gestis preclaris & victoriis mysticis præfigurantes. Sic enim speculum soli similem reddite imaginem, ita & saluatorum & iudicium illorum lucida fides, saluatori & iudici eterno, cuius erant vicarii, similem prætulerunt in gestis suis pulchritudinem.

Duodecim iudices, & duodecim apostolos, esse Vigintiquatuor seniores.

CAP VT VII.

Iudices duodecim qui.

Svnt autem iudices hi, numero duodecim, primus Othoniel filius Cenem frater Caleph, secundus Ahud, tertius Samgar, quartus Barach, quintus Gedeon, sextus Chola, seimus Iair, octauus Iepheth, nonus Abesan, decimus Abialon, undecimus Abdon, duodecimus Sampson. Post istos sequitur regnum David, quem amato Saul, Samuel parvulum in regem vnxit iussu & electione domini, quod videlicet regnum David, regnum est verbi incarnati Christi filii dei, quia sic angelus quoq; de illo ad Mariam dixit. Et dabit illi dominus deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in eternum, & regni eius non erit finis. Si ergo iam dicitis duodecim iudicibus totidem iudices alios scilicet apostolos connumeremus, quibus ait ipse rex, Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Ecce habetis vigintiquatuor iudices, quos nimurum intelligi licet illos esse vigintiquatuor seniores, de quibus in Apocalypsi scriptum est, Et in circuitu sedis fedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. Nam per sedem illam quid splendidius intelligi potest, quam illud iam dictum regnum David, regnum Christi filii dei, cui dedit dominus deus sedē David patris suis? Itaq; in circuitu sedis, fedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores. Quia videlicet & ante exordium regni David fuerunt illi duodecim iudices, & in consummatione eiusdem regni, ubi sedet rex Christus super sedē patris suis, sunt illi alij duodecim iudices lessuti in eternū super duodecim fedes, & iudicaturi

Iudic. 3.

Deut. 18.

Exodi. 4.

Exodi. 33.

Exodi. 34.

Genet. 49.

Indices dicti saluatoris.

Iudic. 5.

Exodi. 4.

Iudices duodecim vero saluatoris vicarii.

L I B E R . IIII.

Fol. 23.

iudicaturi duodecim tribus Israël. Et recte seniores non solum isti, verumperia illi dicti sunt, quia per maturitatem fideli suæ, populum dei iuueniliter lasciuientem coercuerunt, & quia fornicationes eiusdem populi, quibus cum mulieribus alienigenis, & cum dij; earum fornicabat Israël, prout poruerunt iudiciali manu absterserunt, recte vestimentis albis circumamicti dicuntur. Nihilominus, quia per illos actum est, ut ad propositum suum dei verbum percurreret & promissio non deperiret, seruareturq; genus Abrahæ, de quo semen benedictionis, quod est Christus, in tempore suo veniret, recte capitulo eorum corona aureæ. Iure namq; cum victore verbo dei coronati sunt, quorum prelatis & victorioribus ad hoc ut dignatus est deus, ut seruato genere Abrahæ, completeretur promissionis verbum.

Quare apostolus, non ut iudicibus gladio vti licuerit.

CAP. VIII.

Iudicibus siue senioribus posteris, scilicet apostolis, non eadem quæ prioribus illis ratio vel causa extitit, ut pro verbo, vel testamento dei prælantes, materialibus veteri armis. Venerat enim temporus illorum ipse qui mitrendus erat, ne calius iam sperari poterat de carne Abrahæ venturus, in quo esset salus. Ut quid ergo pro carne protegenda, gladio materiali pugnaretur? Idcirco ille, qui ex illa carne expectatus venerat, cum in passione sua diceret illis. Et ego dispono vobis, sicut dispuisisti mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et fedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israël &c. Illig; ad hæc responderent, Domine ecce gladii duo huc, statim huiuscmodi gladios ei interdixit. Atenim, Satis est. Itaq; continuo cum perceretur vnu ex illis gladio. Sinite, inquit, usque huc. Et ad Petrum, qui percusserat, Converte, ait, gladium tuum in locum suum. Nempe quod ait, satis est, vel finite usque huc, hoc dat intelligi, quod sibi complaceret ante aduentum suis usque illius usus gladii, quomodo usi sunt eo duodecim illi, de quibus nunquam sermo est, iudices primi. Iam autem sibi non placerer, ut veterentur illo, inquit, ut recondere & penitus deponeant eum iudices illi nouissimi contenti meliori gladio, qui iam venerat, qui iam datum erat, qui est ipsum verbum dei. Proinde sicut laudabiliter materiali gladium illi dimiserunt omnino, quia iam non erat necessarius, ita nimurum isti laudabiliter illo usi sunt, quia rūc erat necessarius, ne videlicet prius radix bona deperiret, quam veniret fructus eius. Recte igitur in omnium seniorum illorum capitibus corona aureæ, quia profecto iuxta diuersas rationes temporum, & istorum militaris industria, & illorum verbo deis famulata est inermis patientia.

Quantis in periculis versati sunt iudices Israël.

CAP. IX.

Et cum talis in præliando eorum (ut iam dictum est) fuerit intentio, considerandum est, quod in illa intentione bona, magno & lacrymabilis fuerint fatigati periculo. Cum enim per singula seré prælia, sicut scriptura testatur, fuerint paucissimi numero, non poterat deesse aliqua timor infirmitas, cum ipso quamvis firmissimo fidei velipe præludio. Vnde vnu eorum Barach filius Abynoen canit cum Debora, Qui sponte obtulisti de Israël animas vestras ad periculum, benedicte domino. Et russum, Qui propria voluntate obtulisti yōs discrīminis, benedicte domino. Non enim fuerunt aut sunt expertes patientia vel passionis in ipso usu gladii, pro corona sunt iudices illi, quibus (ut iam dictum est) pro ratione temporis usum gladii verbum incarnatum Christus ademit. Placet itaq; multum delectat, quod sicut coronas aureas, ita tam isti, scilicet omnes vigintiquatuor seniores, in eadem Apocalypsi citadines quoq; & phialas dicuntur habere aureas. Cum enim aperulset agnus librum, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt corā agno habentes singuli citharas & phialas aureas, plena odorantorum, que sum orationes sanctorum. Nonne, sicut ex iam dicto cantico memoratum est, cum offerrent animas suas ad periculum, cum offerrent semetipsos propria voluntate discrīminis, orationes quoq; offerabant necellarias angustias & afflīctis? Proinde sicut vitoriae in coronis aureis, & sicut benedictiones quibus domino benedicunt post vitorias in citharas, ita & orationes, quibus in tempore angustiarum deum exorabant, venerabiliter agnoleantur in phialis aureis. Tanta quippe illorum angustia fuit, ut pugnantibus eis non ferre auxilium, magni fuerit sceleris, testante eodem cantico verbi huiuscmodi, Maledicite terræ Meror, dixit angelus domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium domini in adiutoriis fortissimorum eius.

Quare Heli ad numerum duodecim iudicium non pertinet.

CAP. X.

Forte dicit quis, Heli sacerdos domini ipse quoq; Israel iudicauit, sicut scriptum est, Senex 1. Reg. 4. enim vir & grandaeus, & ipse iudicauit Israël quadraginta annis. Cur ergo cum ceteris iudicibus ille non annumeratur? an idecirco de numero tollitur, ut pulchram collationem tibi facere licet, & tot numerare iudices ante regnum David, quot habere iudices alios, scilicet apostolos regnante iam Christo filio David? Ad hæc inquam, non idecirco, ut tantum duodecim iudices numeremus, iam dictum Heli de numero tollimus, sed idecirco, quia ille de numero tollitur, idcirco tantum duodecim iudices habemus. Quorū gestis liber ipse cōtextus est, qui iudicium

Luce. 22.
Gladius.
Ibidem.
Matth. 26.
Visus gladii

Gladiflum
Christus.
Apoc. 5.
Orationes

offerunt.

Orationes

sunt

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Iudicium nuncipatur, quorū & nomina superius digessimus. Quomodo ille, vel quam ob causam de numeris tollitur? Nimirum propter contemptū verbi domini, quia in diebus eius cale obijcere legem domini nūmā fere omnibus licentia fuit. Notandum quippe quod mortuo Sampsoni, qui iudicauit Israhel vigintiannis, dignum non existimauit scripturæ sacræ authoritas, ut diceret. Post hunc fuit vel huic succedit Heli, licet iudicauerit Israhel (vt iam dictum est) quadraginta annis. Sed inter infelices dierum illorum historias, ista querela frequens est, In diebus illis non erat rex in Israhel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Quid nisi ve cordiam sacerdotis accusat, & iudicis eiusmodi hoc dicendo. Idem namque est, ac si dicat, Qui in diebus istis iudicabat Israhel, & si secundum nomen personamq; aliquis erat, secundū rem meritumq; nullus erat. Tandem missum est contra illum verbum domini, cum quo vel per quod iudices vel seniores omnes, tam veteres quam noui, meruerunt sedere coronati. Predixi enim, ait dominus, quod iudicatus essem domum eius in aeternum propter iniquitatem, eo quod nouerit indignum agere filios suos, & non corriput eos. Idcirco iurauit domum Heli, quod non ex pietur iniquitas domus eius videntiis & muneribus usque in aeternum. Post hęc dicta eius, finis probat, quantum a cunctis iudicibus suis senioribus coronatis, ut iam dictum est, & super sedilia fidelibus, meritum eius differat. Vir ille qui ex acte fugarat, nunciabat ei dicens. Fugit Israhel coram Philistim, & ruina magna facta est in populo. Insuper & duo filii tui Ophni & Phinees occisi sunt, & arca dei capta est. Cumq; ille nominaliter arcam dei, cecidit Heli de sella retrorsum iuxta ostium & fractis ceruicibus mortuus est. Nimirum cadendo de sella retrorsum, & fractis ceruicibus, moriendo palam fecit, quod neque sedile, neque corona auream mereatur habere inter iudices alios. Proinde confessum condolendo scriptura subiungit, Senex enim aet vir, & grandaeus, & ipse iudicauerit Israhel quadraginta annis. Dolendum quippe est illi, q; cum tot annis iudicauerit Israhel, nihil usquam memorabile, vel iudicis officio dignum gessit.

Quid sit apud Esaiam, Voca nomen eius, accelerab spolia detrahe, festina prædicari.

CAPVT XI.

Locus.
Esaias. 8.

Quae vel quanta in gestis eorundem iudicium signata sint mysteria, iudicis aeterni, verbi dei Iesu Christi, perquirere praesens non est propositi. Veruntamen hoc in laudem eiusdem verbi dei, eiusdem Iesu Christi breuiter dictum sit, quia recte vocatum est nomine eius apud Esaiam. Accelerab spolia detrahe, festina depraedari. Quia videlicet qui victoriosos iudices illos fecit & per illos vicit, ipse est Christus Iesus verbum dei. Ex hoc namq; vocatur, accelerab spolia detrahe, festina prædicari, quia antequam puer fieret & sciret vocare patrem suum & matrem suam, id est, antequam nascetur de muliere, & subdutus parentibus experietur infirmitatem nostram, abstulit fortitudinem Damasci & spolia Samariae, quia videlicet Damascus & Samaria iuncuntur viribus, Iudam, unde nasciturus erat idem puer, debellabant & exterminare solebant. Plane grandis acceleratio, magna festinatio, quempiam prius spolia detrahere, quam de matre natum esse, prius in bello prædarī, quam in utero concepi. Nunquid autem ipsum solum prius fecit, nunquid solius Samaria spolia, solius Damasci fortitudinem prius abstulit, imo & anteriorius ipse in iudice Sampson & prædatus est, & spolia detraxit, vt ille in mandibula asini, in maxilla pulli asinarum mille viros dereleret, tandemq; plures mortis interficeret, quam antea viuis occiderat. Similiter & in ceteris ipse spolia detraxit, ipse prædatus est, & Israel defendit, nondum puer aut homo factus, sed ab aeterno deus verbum dei.

Idem verbum dei & per David viciisse, quod antea per iudices dicerat.

CAPVT XII.

Ibidem.

Quod si recte, mox quia recte sentitur de iudicibus memoratis, quanto magis idem de vītoriis sentiendū est regis David, qui post illos sedit in solio regnū? Quis enim aliis historias illas fecit per manus David, nisi idem nondum ex ipso natus filius David, cuius nomen vocatur (vt iam dictum est) Accelerab spolia detrahe, festina prædarī? Ipse est filius David, filius dei verbum deus, verbum dei, qui multum acceleravit, multum festinavit, celerrime spolia de traxit, festinanter prædatus est. Quia videlicet antequam sciret vocare patrem suum David, & matrem suam virginem ex stirpe David, percussit Goliath Philistinum in manu eiusdem David adhuc pueri, nedumq; filium ullum habentis. Et cetera fecit per eum, quae usque hodie mirantur in tribus fortissimis David, scilicet sapientia, humilitate atque fortitudine eius, in quibus ceterorū nullus ei adæquare potuit. David enim sedens in cathedra sapientissimus, hoc est præconium sapientiae eius. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, hoc est testimonium humilitatis eius. Qui octingentes interfecit impetu uno, hoc est experimentū fortitudinis eius. Quis, inquit, alius in David, & per eiusmodi fortissimos David operatus est, nisi verbū deus filius carnis eius furoris, ita præsens ipsi David, ut iam in persona eius ipse David loqueretur, ipse in eodem David, propter vocibus suis de lemetispo futura, quasi iam præterita vaticinaret. Exempli gratia, Ego au-

LIBER III.

Fol. 24.

Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptū eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Item, Foderunt manus meas & pedes meos. Non Psal. 11. opus est astreue, quod omnibus notum est, voces istas esse proprias eius, qui cum in forma dei Philip. 2. esset, humiliare semetipsum habebat, ita ut crucifigeretur, quod est fodi manus eius & pedes eius. Non ergo mirum, quod pugnabat iam & triumphabat verbum ipsum per manum David, cum loqueretur in sua persona per os David.

Quare David non edificari domum domini.

CAP. XIII.

Sed ecclesiastice occurrit, quod (sicut resert scriptura libri Paralipomenon) dixit ipse David ad Salomonem filium suum. Fili mi, voluntatis meæ fuerat, ut ædificarem domum nomini domini te mei, sed factus est ad me sermo domini dicens. Multum sanguinem effudiisti, & plurima bella balausti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Item ad populum, Audite, ait, me fratres mei & populus meus. Cogitauit ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca foderis domini, & seculum pedum dei nostri, ad ædificandum omnia præparauit. Deus autem dixit mihi, Non ædificabis domum nomini meo, eo quod si vir bellator, & sanguinem saderis. Dicit ergo aliquis, Si prælia que gessit David, merita vel dignitatem eius diminuerunt, ve non meretur ædificare domum nomini domini, quomodo tu dicas, et ad prælia David, prælia usque verbi domini, & idcirco recte concelebrari laudes ecclesiasticis? Vel si iure prælia sue victorias eius concelebrat ecclesia, ut vere bella domini, cur propter illa non poteris, ait dominus, domum nomini meo ædificare, tanto effuso sanguine coram me? Ad hanc, inquam, non omnia bella quae gessit David acribusim verbo domini, sed ea tantum quae gelit in verbo domini, zelo domini, pro defensione populi domini, quorum primum vel maximum fuit, quod percutiit Philisteū, qui blasphemauit deum Israhel, & abstulit opprobrium ab Israhel. Cæterum ea quae gessit, ut vir bellator exercito militari, non a deo predicantur, nisi vbi manifeste operata est virtus nomini domini. Maxime autem sanguinem Vrize Erhae in peccatum, & magni meriti diminutionem sibi reputare potuit. Unde Reg. 11. notandum, quod antequam sanguinem illius effusidiles, factum quidem est, quod scriptura resert, venisse Nathan ad David, dominino dicente. Non tu ædificabis mihi domum ad habitandum. Sed causa ista ibi dicit non est, eo quod vir bellator si, & sanguinem effuderis, quando ipse ad Salomonem filium suum, siue ad populum, si & sic loquuntur est, ut iam diximus. Iam dudum sanguinem Vrize saderat, & maximè cum illius meritum eiusmodi sibi diminutum existimare poterat. Igitur si nullum interficeret, nisi pro zelo domini, cooperante verbo domini, hoc indubitanter sciendum, quia nihil sibi obviasset effusio languida ad ædificandum domum domini. Nam & Moles Aegyptium interfecit, & nihilominus tabernaculum domini in eremo, & omnem ritum sanctuarium facere vel ordinare dignus extitit. Et Phinees zelo bono virum Israhelitem cum Moabitide fornicantem pariter confudit, & propter hoc. Ecce, in Nume. 25. quid dominus, do ei pacem foderis mei, & erit tam ipse, quam seminis illius pactum sacerdotij sempiternum,

Proiecto Saul, & electo David, impletum esse quod dictum est, Dominus pauperem facit ac ditat, humiliat & sublimat.

CAP. XIV.

In isto primum magnifice impletæ est verbi domini veritas, quam paulo ante ipsum ore propheticō Anna cecinerat. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat, suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus & solum gloriam teneat. Tunc enim, cum diues & sublimis esset Saul, hic autem pauper & humilius, tanta permutatio facta est, ut hic pauper & humilius diues fieret, & hic sublimis suscitatus de pulvere, & tenens solum gloriam. Saul autem ita pauper & humiliatus est, ut maligno spiritu traditus, suinet impos existeret. Hæc talia sunt qualia considerans quisque, recte dicat, Misericordiam & iudicium canabo tibi domine. Magna quippe in David misericordia, magnum in Saul iudicium, magnum in vitroque exemplum, ut obediatur verbo domini. Etenim si recte perpendit, propter inobedientię peccatum Saul abiectus est, dicente Samuele. Nunquid vult dominus holocausta, aut victimas, & non potius ut obediatur vocis domini? Melior enim est inobedientia quam victimæ, & auctoritate magis quam offerre adipem arietum, quoniā est quasi peccatum ariolandi repugnare, & quasi zelus idolatriæ, nolle acquisescere. Pro eo ergo, quod abieciisti sermonem domini, abiecit te dominus ne sis rex. Cum hoc antiquiore testimonio vera est illa sententia posterior eiusdem verbi incarnati, qua dicit. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, spargit, quod est dicere. Quantumcunque quis offerat, quantafcūcū videatur habere virtutes, si verbum domini contemnit, verba vice contemnit eum verbum domini, & vilis fit atque contemptibilis, & ipsa etiam quæ videntur ab eo recte facta, presumptioni & vanæ glorie reputabuntur, non mercede.

Quomodo

Quomodo Saul, & quomodo David contempserint verbum domini. CAP. XV.

a. Reg. 12. **A**T vero quomodo David quoque scriptura redarguit de contemptu verbi domini, dicere ad eum dominum. Quare ergo contempsisti verbum domini, ut faceres malum in conspectu meo. Vxorem virie Ethaei tulisti, & ipsum interfecisti gladio filiorum Ammon. Diligerter distinguendum est, ne Sauli videatur compar David in quantitate peccati, in contemptu verbi domini. Dicimus ergo omnes quidem peccatores (verbi gratia) macthos sive homicidas, in hoc ipso quod mactati sunt, vel occiderunt, contempsisse verbum domini. Quia videlicet omni homini, ab aliis personarum distinctione dicit lex scripta, dicit lex naturalis. Non occides, non mactaberis. & quod tibi non vis fieri, alii ne feceris. Contempsit ergo David quodquodammodo verbum domini, quia videlicet non ignorabat scripturam & voluntatem domini, sive verbi domini, & tamen mactatus est, & occidit. Verutamen plurimum differt modus peccati sive praevaricationis, quando id ipsum quod communiter omnibus imperat lex sive verbum domini, singulariter personae cuilibet indicit dominus aut verbum domini, & sic quoque contemnit dignitatem domini, nec obedient illi. Huius criminis tam magni contemptus, reus extitit Saul, nam in Exodo dixerat dominus ad Moylen. Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioseph. Delicio enim memoriam Amalech sub cœlo. Statimque subiunctum est ibidem. Aedificauit Moyles altare, & vocauit nomen eius, Dominus exultatio mea, dicens, quia manus solius domini & bellum dei erit contra Amalech generationem & generationem. Hoc modo dictum fuerat communiter cunctis, ut essent hostes Amalech, & memoriam eius delere cuperent caula domini. Singulariter vero post multa tempora Saulen dominus eiusdem in bellis sui ministerio esse voluit, ita dignatione sua praepiens illi. Recensui quæcumque fecit Amalech Israeli, quomodo resit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percutie Amalech, sive vade & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos sive ad intermissionem eorum. Hanc dignationem domini parvupendit, hunc sermonem domini contempsit ille, iam non parvus in oculis suis. Talis contemptus nequaquam reus extitit David, quin imo in omnibus quæcumque personæ eius sunt mandata in sermone domini, strenue adimpluit, & vbi de transgressione legis communis redargutus est, humilem obulit confessionem, dicens, Peccauit, non in corde dupliciti.

Quod utriusque se peccasse confessi sint, & quare huius confitio accepta, illius reiecta sit.

CAP. XVI.

Saulis Davidis cōfessiones. **C**onferre nunc liber utriusque confessiones, quomodo & Saul, peccauit, dixit, eodem verbo quo David. Quæ cause eandem in ambobus vocem confessionis discernant, non longe querantur. Nam statim ex subsequentibus ipsorum sermonibus inueniuntur. Cum dixisset Samuel ad Saul. Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis rex super Israel. Porro, triumphator in Israel non parcer, & penitutine non flectetur. Ne que enim homo est, ut agat penitentiam. Ille ait, Peccauit, sed nunc honora me coram sibis populi mei, & coram Israele, & reuertere mecum, ut adorem dominum deum tuum. David ait dicens, Misere mei deus, quia tibi soli peccavi. Misere mei ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Perpende nunc quam longissime contra inuicem caula, iste disparens, quia videlicet dicendo peccauit, alter propriam gloriam quæsivit, alter gloriam dei. Saul dicens, peccauit, & subiungendo, sed nunc honora me coram sibis populi mei, quos debemus intelligere, homines sua tribus, scilicet filios Benjamin, & coram Israele, & reuertere mecum ut adorem dominum, nonne propriam gloriam quæsivit? Homo quippe secularis animi, totus deditus ambitioni, etiam ad adorandum dominum pomparie solitus ingredi, hoc dolebat, ut in tempore tali, in tanti triumphi festivitate, tantus propheta sele subruberet eius comitatu, & idcirco semel, & iterum dicebat, peccauit. Profecto huiusmodi intentionis confessiones semper, ipsum vincit non patitur omnipotens sermo domini, vnde & hoc ille audire meruit. Porro, triumphator in Israel non parcer, & penitutine non flectetur. At vero David dicens, Misere mei, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, nonne (sicut iam dictum est) gloriam dei quæsivit? Homo quippe humili spiritu, cum cura lugubracionis, maximam habebat sollicitudinem pro gloria dei, quam in eo considerabat, ut ille fidelis in promisso, verus & iustus predicaretur in iuramento, quod illum promisso acutus iurassus testatus fuerat, dicens, Iurauit dominus veritatem David, & non frustrabitur cum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Pro hoc (inquit) sollicitus, ne sua iniuritate superatus promissum solueret, iuramentumque irritum faceret, dicebat desideransimum gloriam dei, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, quod est dicere, ut fidelis permaneas deus, ut sermo tuus, qui factus est ad me, non sit in illo est & non, sed sit in illo est, nec iudicari possit, quod levitate ait mutabilitate usus sis. Et sicut de cæteris, ita quoque de isto promisso vel iuramento ad me facto veraciter omnis sexus, omnis ætas dicere possit, & ego cum illis. Quotquot enim promissiones sunt, in illo

in illo est. Ideo & per ipsum amendo ad gloriam nostram. Propterea cum diceret, Peccauit *i. Reg. 18.* domino, statim audire meruit hoc in verbo domini, Dominus quoque transfult peccatum tuum. Non morieris.

David exauditus esse, quia secundum voluntatem dei petierat. CAP. XVII.

Exaudiens est igitur David, & recte, quia secundum voluntatem dei petiuit, dicendo. Ut *Psal. 50.* iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Hec est (inquit Iohannes) fiducia, *i. Joh. 5.* Voluntas dei, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Erat enim voluntas dei, ut sermo eius impleretur, ut verbum promissionis prius ad Abraham, deinde factum a David perficeretur. Quia videlicet salutem mundi volens & prouidens deus, hoc proposuerat, ut verbum suum de semine illorum incarnaretur. Quod si iniquitas David *Rom. 3.* fidem prominentis euacuasset, ut de promissione poenitentiam demuraret, & promissum non impleret, nunquid hodie tam securi cum Apostolo declamaremus. Est autem deus verax, omnis homo mendax, sicut scriptum est. Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. *I. M. 10.* Qualiter hodie cum genere humano actum est, si deus per singulos dies fratre retur, si non sine penitentia essent dona & vocatio eius, si statim ubi iniquitas cuicunque abundaret, sese gratia eius subtraheret? Voluntas ergo dei erat, ut propositum seu verbum promissionis eius ad victoriam perduceretur. Et ut quamvis omnis homo coram ipso inueniretur mendax, ipse nilominus permaneret verax. Et quia secundum hanc eius voluntatem (ut iam dictum est) petiuit David, idcirco exaudiri dignus fuit, tanquam unus ex optimis auctoribus dei, quærentibus gloriam dei, auctoribus iustitiae dei, desideratoribus propositi dei.

Quod deus in sermonibus suis iustificari visus non fuisset, nisi David misertus esset.

CAPVT XVIII.

Qualem puras haberent querelam, non solum David, sed & omnes, qui iudicare novent de sermonibus dei, nisi misertus fuisset illi penitentis, ut iniquitatem conferuerat fidem suæ promissionis. Animaduerte que dicuntur. Alter præcaudendum erat deo de sermonibus suis cum David habitus in promisito, quād de his sermonibus, quos locutus est ad multis alios. Quare, Quia videlicet cum multis alijs loquens bona sua conditionaliter illis promisit (Exem. *i. Reg. 12.* pli gratia) ut Sauli & populo, qui illum sibi regem experiri. Si inquit timueritis dominū, & serueritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os domini, eritis & vos, & rex qui imponerat vobis, sequentes dominum deum vestrum. Quod si perfueraueritis in malitia, & vos & rex vester pariter peribitis. Similiter ad Salomonem, *S. Iambulaueris* (ait) in vijs meis, & eu*i. Reg. 1.* stodieris precepta mea, & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciat dies tuos. Porro, ad David ab aliis conditionibus locutus est, quemadmodum & ad Abraham. De fructu *Psal. 111.* (inquit) ventris tui ponam super sedem tuam. Non dixit ad Abraham, Si custodieris *Genet. 12.* omnia que locutus est ad eum, Itidem de Isaac & Jacob & de Moyse, ad quem dixit dominus deus. Ego offendam omne bonum tibi, & inuocabo in nomine domini coram te. Diligenter *Exodi. 12.* (inquit) animaduertendum est, quod non sunt conditionales locutiones, sive promissiones, & idcirco deum volunti iustificari in sermonibus suis, & vincere cum iudicatur, oportuit me minisse suæ spontaneæ promissionis, ut ipse esset verax, quantumcumque abundant iniquitas servientium illorum quibus promiserat, quibus iurastis. Hoc scientes iurisperiti Moyles ac *D. Exodi. 12.* uidet, tenebat deum ille dicendo. Recordare Abraham, Isaac, & Jacob, quibus iurasti. iste dicendo, *Psal. 50.* Misere mei, ut iustificeris in sermonibus suis, & vincas cum iudicaris.

Promissiones legis cum conditione, promissiones autem Abraham & David absque conditione factas fuissent. CAP. XIX.

Ad hunc sensum pertinet illud Apostoli ad Romanos. Non enim per legem promisso *A. Rom. 4.* Abraham aut semini eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim ipse qui ad legem pertinent, heredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio, lex enim iram operatur, ubi enim non est lex, nec prævaricatio, ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini Abraham, non ei, qui ex lege est solus, sed ei, qui ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrorum, sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posuit ante deum, cui credidisti. Cum haec dicit, reuera deum iustificari in sermonibus eius, ut apud illos, quibus legem dedit, vel qui ex lege sunt, non quasi debitor teneatur, vincatur cum iudicatur. Apud illos autem, qui ex fide sunt Abraham, debitor fuisse non negetur. Lex namque tota conditionalis est, & sub conditione dari coepit in monte Synai, mense tertio egressionis filiorum Israel de terra Aegypti,

Lex conditionalis. *Exodi. 19.*

E præmissio

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Deut. 4. premisso namqe hoc. Vosipi vidistis que fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarum. Statim mandata & legem daturus sic incipit. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculi de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gen^{is} sancta. Sub hoc tenor conditionis tota lex procedit. Si (inquit) postquam audieritis hac iudicatio, & custodieritis ea, & feceritis, custodiet & dominus deus tuus pactum tibi, & misericordiam quam iurauit patribus tuis &c. Cum ergo ranta multitudine eorum qui ex lege sunt, vel esse volunt, excluditur, ut non sint in peculiū domino iuxta præscriptam sponzionem eius, nunquid propter hoc in iudicio vocantur est deus iudicetur quidem, quoniam & ipse praestō est, dicens in Elia. Quis est qui iudicetur meū veniat, iudicetur inquam, sed statim vincit, quia videlicet illi non custodierunt quod in conditione positum fuit, id est, non audierunt vocem eius, non custodierunt pactum eius, in modo omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est quicquam bonum, nō est vñque ad ynum. Arque hoc modo lex irani operatur, dum in iudicio recitat illud, quod in conditione posuit deus, proinde melius quod absque conditione facta promisit, & cum iuramento firmata est re-promissio. Non enim dixit deus ad Abraham, si hoc vel illud feceris, si sic vel sic ambulaueris, si haec vel illa mandata mea custodieris, in semine tuo benedicuntur omnes gentes, sed ab ipso villa (vt iam dictum est) conditione, & omnino de futurorum obseruationibus racens, Per me metiplum (inquit) iurauit, quia fecisti rem hanc, & nō pepercisti filio tuo viingenito, benedic tam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quoniam obediens voti meae. Hinc Apostolus ad Romanos, Vbi (inquit) non est lex, nec præuaricatio. Quomodo enim propter aliquam iniurias abundantiam, vel ipsi Abraham, vel posteris eius subfruhare posset tanquam præuaricatoribus iustitiae dei, quod taliter promisit. Non fuit ibi lex, id est, conditio defutura obseruatione cuiusquam mandati, & idcirco nec præuaricatio nominari posset in aliquo peccato, per quam licet deo (quoniam verax est) murare verbum sue promissionis.

Quid sit quod Apostolus ait: Si enim, qui ex lege, heredes sunt, exinanita est fides, abolita est re-promissio.

CAP. XX.

Roma. 4. Liber intueri etiam illud, quām sapienter, quām veraciter loco memorato Apostolus dixit. Si enim qui ex lege heredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Quod est dicere, Si ob meritum suscepit legis, factū esse puras, vt in semine Abraham, quod est Christus, benedicentur omnes gentes, cum ante datam legem quadragesimos & trintaginos annos promissio p̄aecesserit, nōne mutabile facit deum, & immutatorem promissū sui? Magna quippe mutabilitas, grandis immutatio est, illud post tantos annos proponere pro mercede futuri erit utiqe, quod prius cum iuramento gratis promisit, praesertim cum sic promisit iam dedisse fuerit. Et quis vñquam homo fidelis illud quo dudum amico suo gratis dedit, postea facere potest mercedem futuri seruitutē, quāto magis nec deus taliter fecit, nec deum taliter facere decuit, hos namqe est exinanire fidem, abolere promissionem, si post tot annos patribus defunctis ita loqueretur ad filios, dicens. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, complebo promises meas, vt in semine Abraham benedicantur omnes gentes. Quod videlicet vñicum semen Christus est. Non conuenieret, non congueretur, in modo indecessus esset deo veraci, qui sicut alia scriptura restatur, Semel loquitur, & secundo idipsum non repetiuit, non immutauit, sed aliud dixit, aliud superaddidit. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculi de cunctis populis, dabo vobis terram fluentem lac & mel, custodiam vobis pactum meum & misericordiam, quam iurauit patribus vestris, quam vñque si non custodiero præuaricabitur vobis, nihilominus tamen custodiens patribus vestris quibas iurauit, & omnibus gentibus suis populis, qui ex illorum fide sunt vel erunt, quia non vobis solum, sed & omnibus gentibus benedictionē promisi in semine eius. Idem est in David. Similiter namqe hoc esset exinanire fidem, abolere promissionem, si quod promiserat, & furauerat ex gratia, per legem destrueret propter subrepentia delicta. Quod quia non fecit, sed fidelis permanuit in omnibus verbis suis, semel inquit, iurauit in sancto meo, si David mentiar. Semen eius in eternum manebit. Ergo iustificatur in sermonibus suis, & vincit dum iudicatur, quia mutabilitas non potest argui.

Quid sit quod idem Apostolus ait: Iustitiam dei in euangelio reuelari ex fide in fidem, & quoniam illa iustitia sit.

CAP. XXI.

Roma. 1. **Iusticia fidei** Quam aliam iustitiam dei putamus in euangelio reuelari, sicut Apostolus dicit. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est. Iustitia autem ex fide vñvit Iustitia dei, incarnationē est filii dei, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Incarnationē, inquam, vel aduentus Iesu Christi filii David, sicut Abraham. Hæc iustitia in euangelio reuelatur. Num parua est hæc iustitia deī, non parua, sed verē magna, & valde laudabilis, quia per illam incarnationē, dum sit ex semine David, iustificatur deus in sermonibus suis, impletus quo

L I B E R IIII.

Fol. 26.

quod pr̄misit, custodiendo quod iuravit deus verax & fidelis. Attende per pulchram huius iustitiae operationem. Iustitia (inquit) ex fide in fidem. Cuius ex fide, nisi eius qui promisit, qui iuravit. Cuius in fidem, nisi eius qui promittere credidit, qui iuramenti fidem adhibuit, scilicet Abraham sive David. Iustitia hæc alta est, & alia illorum Israelicarum, qui non sunt Israelite veri. Quia suam querentes statuerunt iustitiam, huius iustitiae non sunt subiecti. Quoniam est illorum Roma. 4. iustitia. Nimirum iustitia non ex fide in fidem, sed quasi ex operibus in opera, Quasi Abraham ex Genes. 15. operibus iustificatus sit, cum scriptura dicat. Creditur Abraham deo, & reputatum est illi ad Psal. 144. iustitiam. Et quasi ipsi ex operibus iustificari possint, cum item scriptura dicat. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viues. Bene ergo iustitia dei, quia in euangelio reuelatur, definita est, dicendo. Iustitia ex fide in fidem, quia videlicet quod de filio incarnatus est, & quod in isto semine benedicuntur omnes gentes, ex fide est dei, de quo scriptum est. Fidelis deus in Psal. 144. omnibus verbis suis. Quia neqe David, nec ceterorum peccatis offensus est sive trahueritus, quia magna fide impetrat, quod magna gratia promisit. & iustitia hæc in fidem tendit, quia non propter opera, sed propter fidem possibile est quempiam coram illo iustificari, dicente scriptura. Si iniuriantes obluaueris domine, domine quis sustinebit? Idcirco sic scriptum est. Iustus ex fide viuit. Quia propter solum deum, qui solus sanctus est, in omnibus operibus suis, quicunqe Roma. 1. iustus est, viuit, non ex operibus, sed ex fide habet hoc ipsum, quod iustus ex fide viuit. Nam si quis velit opem iustitiam recte dijudicare, non foris in oculo, sed in secreto conscientia sua, Esaie. 44. nunqe improbabit in semetipso dictum a quoda. Quasi pannus mēstrat vniuersitatem iustitiae nostrae.

Verbum dei tam in Saul, quam in David veritatis palma obtinuisse. CAP. XXII.

Igitur, quia ex fide in fidem, idcirco firma est promissio ipsi David, & ecce nunc viuit, nec vñcū viuit, verumeram permanet in abundanter gratia patriarcha, rex, & propheta. Patriarcha, quia promissio specialiter ad hunc post Abraham facta est, vt esset pater beati seniū, quod est Christus, qui non erubescit vocari filium David, cum sit ipse dominus David, filius secundum carnem, dominus secundum diuinitatem. Rex idem, & non quomodo vñcū, sed secundum electionem dei, & quod amplius & magnificens est, secundum cor dei. Queliusqe 1. Reg. 11. sibi dominus, ait Samuel ad Saul, virū iuxta cor tuum, & præcepit ei dominus, vt esset dux super populum tuum, eo quod non feruaueris quod præcepit dominus. Cuius rei Paulus quoqe in actibus Apostolorum ita meminit. Et amoto Saul suscitauit ille David regem, cui & testiū Acto. 13. monium perhibus dixit. Inueni David filium leſe, virū secundū cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Itē sermo longe ab electione Saul distinguere electionem David. Nam & illum elegit dominus, dicens Samuel ad omnem populum, cum ille in medio staret alicui vñiuero populo ab humero & sursum. Certe videtur quem elegit dominus, quoniam non est 1. Reg. 10. simili ei in omni populo. Ergo & illum elegit quidem dominus, sed non secundum eorū suum, sed secundum cor populi vanum & superbum, & secundū sursum suum. Ille namqe maxime vel in primis erat, super quo apud Ozee taliter Israhelē increpat. Vbi est rex tuus? maxime 1. Reg. 12. nunc salutē te in omnibus verbis suis, & judices tui, de quibus dixisti? Da mihi regem & primū cipem! Dabo tibi regem in furore meo & auferam in indignatione mea. Illam quippe in tanto 1. Reg. 5. furore suo dedit, vt diceret ad Samuel. Non te abiecerunt, sed me, ne regnē super eos sc̄e. Item, in tanta indignatione illum abstulit, vt ille dæmoniacus fieret, sicut scriptum est. Spiritus autem domini recessit a Saul, & exigitabat eum spiritus nequam a domino. Hæc nunc idcirco 1. Reg. 6. commemorauerimus, ne vel in Saul verbum domini à proposito cedisse, palmarumqe iustitiae vñdeatur amissione, eligēdo illum, qui electione dignus non fuerit. Propheta idem David, nō qualisvñcū, sed tam proprius, tam familiaris verbo dei, vt eiusdem verbi persona propria futurae incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis suis mysteria clarissimi sonoriū loqueretur per os David, quām per os alium, ex carceris cum suauitate harmoniace dulcedinis. Nunquid vel ista gratia post lapsum caruit? Non vñcū, nam docebo (inquit) iniquos vias tuas, subaudit, eadem qua prius prophetica gratia.

Quomodo appareat in duabus illis verum esse sapientia dictum: Melius est duo simul esse quam unum.

Apparet nunc in istis, quām veraciter sapientia dixerit. Melius est duos simul esse quam Ecclesiastes 4. soli, quia cum cediderit, non habet subleuantem, & si dormierit, duo soubeantur mutuo. Vnus quoniam calenter, & si quispiam præueluantur contra vñnum, duo relinquentur ei. In istis, inquam, scilicet in Saul, & in David apparet, quām vera, quām pulchra sint hæc. Quid enim est vñnum vel solum esse, nisi sermonem domini proficiat? Et quid est duos simul esse, nisi sermonem domini in itinere vitæ huius, sive in lectuō conscientia socium habere? Hoc multo melius est, nam. Vñcū soli (inquit) quia cum cediderit non habet subleuantem. Vñcū ergo Saulis, qui quando cedidit solus fuit, non habens subleuantem, scilicet dominī sermonem. Protecerat enim illum. Vnde & dicitur 1. Reg. 13. E iij est ad

RUPERTI ABBAT. TUTTIEN. DE VICT. VERBI DEI

est ad eum. Non reuerterecum, quia protegisti sermonem domini, & profecisti dominus, ne sis rex super Israe. Porro David sermonem domini habuit locum in domo pectoris, in sinu spiritus dei. Duo igitur erant videlicet ipse David, & sermo domini, unus cecidit, & ab altero fulcitus est. Quid ito verius? Cecidit David, & a sermone domini, qui cadere non nouit, fulcitus est fortiter innitens illi, & dicens deo. Misere mei, ut iustificeris in sermonibus tuis. Subleuatus est, & dormierunt duo, & visque in finem vitæ ipsius David fovebantur mutuo. Nam sermo domini touebat David, tam nocturna, quam diurna meditatione sui, quemadmodum ille dicit. Et meditatus sum nocte cum corde meo. Item, tota die meditatione mea est. Hoc erat foveari David, id est, delectari. Nam memor sui (inquit) dei, & delectatus sum. Fovebatur, id est, delectabatur ipse sermo, videlicet requiescendo in suauissima humilitate David, dicens deo. Memor esto verbi tui seruo tuo. Item. Non nobis domine, non nobis, sed nominis tua de gloriam, quasi si met negligens tantummodo de verbo dei, verbo reprobationis, quod apud se habebar solitus erat, ne obliuioni traduceretur, non ignorans, quia custodiens & glorificante deo verbum hoc, ipse pariter custodiretur, & pariceps existenter gloriae, iuxta quod illi dictum est. Habens enim emolumentum societatis suæ. Preualuerat quispiam contra vnum, sed duo restiterunt ei. Vnus namq[ue] tunc erat David, quando acciderat, ut luxurget de strato suo post meridiem, & viva uxore alterius incidere in concupiscentia eius. Vnus erat, quia a solita meditatione verbi dei animus eius secesserat, & ob hoc prævaluit contra eum ille, qui per Nabean peregrinus dicitur, scilicet diabolus a ciuitate & regno dei alienus, sed restiterunt ei duo, de quibus iam dictum est, & alter fulcitus est ab altero, quia subleuatus est David verbi dei subdicio, ut persistent in multiplici gratia, propheta (ut iam dictum est) & rex, & patriarcha.

Salomon habuisse quidem verbum dei, sed non quieuisse cum eo, ut foveretur, ideoque cecidisse, nec subleuatum esse.

CAP. XXXIII.

A Tipse per quem taliter locuta fuerit sapientia, Salomon rex filius eiusdem David, multo grauius cecidit. multo namq[ue] grauius est zelus idolatriæ, quam adulterij facinus sive homicidii. Amavit mulieres alienigenas multas, & ita per illas depravatus est cor eius, ut deos alienos lequeretur, & colebat Astarte deam Sydoniorum, & Chamos deum Moabitum, & Moloch dei Ammonitarum. Quid ergo dicemus? Nonne modo supradicto simul erant duo Perspicuum est, & negari non posset, quin fuerit cum illo sermo domini, quin de pectore & ore eius, tanquam de templo suo sese manifesteretur dictus & factus. Quomodo ergo ita cecidit tanquam folius est, & subleuante non habebat? Ad huc inquam, Erant quidem duo, sed non erat illis quiesca dormitio, ut dormirent pariter, & fovearunt mutuo. Quidam alias intererat, & interfrepebat semper inquietus & infestus, scilicet amor presentis seculi, qui longe dissentit a verbo dei. Ille in angulo absconditus non patiebatur, ut illi duo bene essent simili, & quiesca dormitione foveretur simul. Illum talem scilicet felici amorem, ibi familiarem fusile, & in cordis eius mansione diu manisse, illud satis innuit, quod iratus dominus super auerstone Salomonis tales dixit. Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, &c. Dicendo namq[ue] habuisti hoc apud te, sat is indicat non repentinam tentationem superuenisse, sed morbo inueterato vitiosam eius intentionem fusile. Quod etiam in eo sat animaduertit potest, quod cum in initio magna dignitatem apparet dominus dixisset illi. Pete quod vis ut dem tibi, & canca sibi oblata gratia, posset aternitatem gloriae ecclœsia vna peritio adipisci, quia summa beatitudine est. Ille temporalis gloria delectatus, & apud homines volens haberi gloriosus, leue seu mediocre bonum petiuit. Dabis (inquiens) seruo tuo cor docile, ut iudicare possit populus tuus, & discernere inter bonum & malum. Et quidem bonum erat quod petiuit, & melius quam si periret dies multos, aut tale quid, quod bonum quidem est, sed exile & infimum, & hoc magis placuit domino, quod si periret, quam si petiret quidam eiusmodi, dies multos, aut diutius, aut animas inimicorum suorum. Sed cur non dixit, sicut dixerat pater eius David. Vnam petitu[m] a domino, hanc requirat, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite meæ vide licet, quia cor eius non erat perfectum cum domino deo suo, sicut scriptura testatur, sicut cor David patris sui.

Propter peccata filiorum David, non auersum esse propositum dei, quia iurauerat illi.

CAP. XXV.

Num igitur vel in isto cecidit verbum dei, & quod proposuerat deus potuit auerteri? Non utq[ue], immo palmam iustitiae praecarius obtinet, scriptura sic determinante. Veruntamen (inquit dominus) in diebus suis non faciam propter David patrem tuum, de manu filii sui secundum illum, nec totum regnum auerteram, sed tribum vnam dabo filio tuo propter David seruum, & Hierusalem quam elegi. Item ad Hieroboam. Nec aueram (inquit) de manu Salomonis omne regnum, sed ducem ponam eum cunctis diebus vite tuae, propter David seruū meū, quem elegi. Auferam autem de manu filii eius regnum, & dabo tibi decem tribus. Filio autem eius dabo

L I B R . IIII.

Fol. 27.

eius dabo tribum vnam, ut remaneat lucerna David seruo meo cunctis diebus coram me in Hierusalem ciuitate quam elegi, ut esset nomen meum ibi. Cum hæc dicit omnipotens deus, utq[ue] teneret fortitudine verbi sui, memor promissionis sua, ut sit verax, & fidelis, iuxta me moratam superius causam, quam posuit ipse David. Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Remanet igitur verbo dei palma veritatis in ipso quoque casu Salomonis. Porro, ipsi David quanta est laus, & quanti præconium meriti, quod faretur deus se propter eum seruare ciuitatem Hierusalem & tribum Iuda ad implendam promissionem veritatis, quæ est incarnatione eiusdem verbi dei de semine Dauidis. Sic namq[ue] loquitur, tanquam homo quispiam grauius offensus, qui cum habeat causas irascendi, & sperata denegandi, tenetur ramen debitor ut det quamvis iniurias, quia promisit, quia iuravit. At illi non iniurias implere habebat, quod gratis promisit, & promissum iuramento firmauerat. Quo ergo tendit, dum roties membrum David in transgressionibus posteriorum eius & populi, roties ad iracundiam deum provocantis, dicendo, quod propter David parcat, & non penitus eos delere vellet. Videlicet ut magis ac magis abundantia gratia eius innocentiarum, vbi est abundans iniurias, & nulla ex operibus iustitia, sed de hoc fam latius supra dictum est.

Cur iurare debuerit ac volunt deus, quem impossibile est mentiri, etiam in his, quæ loquitur absque interpositione iuramenti.

CAP. XXVI.

Crvr autem iurare debuerit, vel quam veritatis rationem in iuramento suo fore consideret. Hebrei. Krauit deus, quem impossibile est mentiri, etiam in his, quæ cuncti loquitur absque interpositione iuramenti. Apostolus ad Hebreos euidenter exprimit. Quoniam (inquit) neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controvrsie eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundanter eius volens deus ostendere pollicitationes haeredibus, immobilitatem consilij sui, interpolavit iurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solutum habeamus. Hoc tale est, ac si dicat. Deus ante omnia fidem ab omnibus exigit, & sine fide impossibile est placere illi. Porro homines duri sunt, & tardi corde ad credendum, Maxima pars incredulorum est, qui omnino non credunt. Et de aliis quidem non adeo mirum, licet sit damnabile malum, de ipsis vtriusque, qui promissionis haereses esse debuerunt, quorum partibus promissio facta est, & firmata per iuramentum, magis tamen mirandum, quod sint vel fuerint adeo increduli, ut maximè de illis scriptum sit. Generatio praus & exasperans, generali quoq[ue] non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Porro ipsos, qui quan- doque creditur erant, sciebat idem deus difficiles fore ad credendum, sicut & fuerunt, ut pote quorum optimis magna increpatione ab ipso domino dicta est. O stulti & tardi corde ad credendum omnibus quæ loquuntur sunt prophetæ. Igitur quia omnis controvrsia hominum finis, ad confirmationem est iuramentum, ut vel sic incredulitatem ponenter finem, ut vel sic vident homines ad audiendum, & sentirent fore immobile dei consilium, interpolavit iurandum. Proinde cum dicit ipse. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, à malo est, recte subaudit illius, cuius incredulitas sive dissidentia iurare compellit. Sic namq[ue] intelligendum quod dixit, à malo est, humilius in ipso iuramento dei nostrum culpamus tarditatem ad credendum, quod utique malum est, quia cum impossibile sit mentiri deum, etiam cum non iurat, pauci comparatione incredulorum crediderunt, in eo quod per semetipsum iurat.

Quid ex causis maxime digni fuerint Abraham & David, verbo promissionis cum iuramento reprobantibus.

CAP. XXVII.

Qibus vel ad quos iurauit in promissione seminis, quod est Christus? Duo sunt patriarachæ magni, Abraham atque David, & magna quidem gratia iurauit. Et hoc ante omnia patriarchæ scrire debemus, quia fecit hoc ex gratia sua magis quam ex ipsis meritis. Veruntamen eadem eius gratia præveniente aliquo modo ad hanc dignitatem fuere preparati, ut dignaretur deus iuramento sese obligare cum illis. De Abraham manifestius illud est, quia fide obtruit illi Isaac, cum tentaretur, & vniogenitum offerebat, qui suscepit reprobationes, ad quem dicitur deus est. Quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est deus. Ob hanc rem iusta gratia deus, quod dudum absque iuramento promiserat, cum iuramento reprobavit, in semine eius benedicendas fore omnes gentes, utique semen Christus est. Porro de David quærendum, quam ob virtutem maxime deus illum dignum iudicauerit, ut iuraret illi, sicut testatur ipse, & iam supra memoratum est. Et quidem non ita manifeste de illo scriptura refert sicut Abraham, quod dixerit illi deus. Per memetipsum iurauit, quia fecisti rem hanc vel illam, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Sed ratio docet, non multo minoris esse meriti, pepercisse inimico propter deum, quam non pepercisse vniogenito filio proper deum. Hoc fecit David inimico suo infestissimo, que rent animam suam, inimico regi, cuius regnum E. dicit fine dubio

RUPERT. ABBATIS TVTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

sine dubio se suscepturn sciebat, ibi pepercit vbi querebat animam suam, quod catenus fuerat inauditorum, sicut testatur & ipse Saul, admirans, & dicens ad eum. Quis enim cum inueniret inimicum suum, dimittet eum in viam bonam? Ob hanc maximè caulam iuratum illi esse arbitramur, quod semen vel caro eius assumenda foret in filium dei. Quia maximè causa ista facit filios dei, sicut testatur ipse dominus, cum dicit. Diligitе inimicōs vestrōs, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequēntib⁹ & calumniantib⁹ vos, ut sitis filii patris vestri qui in coelis est. Dilexit inimicōs, benefecit illi, non solum parendo cum occidere posset, verum etiam plangendo, cum ille occisus fuisset, & sicut iam dictum est, maximè pro causa huiusmodi tali iuramento dei dignus extitit.

QVARTI LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER QVINTVS.

Quomodo secundum caput draconis, vitulus scilicet sub Ieroboam denuò fuerit
creatum.

CAP. I.

INTER EA draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, cernens proficere promissionis verbum, utpote iam post Abram, secundo in David iuramento firmatum, magnum inuidit seūtē incendium versabat, magna veneti sui stimulatus ardore totus in semetipso furebat. Sed quid ageret? Dendum exarmatus capite, quod primum exerera, scilicet regno Aegypti, quando submersus est Pharaon in mari cum curribus & equitibus suis, caput aliud non habebat quod erigeret, id est, regnum aliud, per cuius potentiam sequire posset ad excidium gentis, ex qua implendum erat iam dictum verbum promissionis, quinimo iam regnabat ipsum verbum in David patre, quod futurum erat fūe carnis, & idem pater eius secpsum tenens impērii, fortis ac̄p bellicos, exercebat prælijs, glorificabat victorijs, vnde & securius citharizabat psaltes ille, Verbum dei sonis condecorat⁹ musicis. Ardebat igitur inuidit veneno, quo & ipsius David penè omnem domum conflagravit, dum & ipse partier adulteri⁹ simul & homicidi⁹ crimen incidit, & de filiis eius vnuus, Absalon eruerunt fratre interempto, in ipsum patrem arma arrupit, expellens eum de regno, & animam eius quærens, vt regnaret pro illo. Quod si peractum fuisset, iam profecto serpens illud caput haberet, per quod verbum dei impugnare, memoriamq; eius sese abolere posse speraret. Non ita cuenit, sed Absolon mortuo, & David vitam cum pace complevit, & succedit ei filius senatus, Salomon, cum pace regnauit, & domum pacis nomini domini adificauit. Tandem peccatum eiusdem Salomonis, maligna eiusdem serpents intentionem adiuvit, vt scinderetur regnū Israel a Domino David, suscepit Ieroboam filio Nabatōth, qui & continuo duos vitulos aureos fecit, & dixit. Ecce dīj tu Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Ibi se erexit secundum caput draconis, & in illo capite facies sicut vituli cornuti, ceperit cornupeta esse diabolus, agendo & compellendo per vim regiam, vt vitulorum simulachris pro deo colerentur.

Quāni Baal servierint, & adorauerint, vitulum tamen caput idololatriæ
fuisse.

CAP. II.

Quantum putas contra verbum domini vitulus ille, imd in vitulo diabolus, ipse vibratis cornibus insaniuit? Domine, inquit Helias, altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & ego derelictus sum solus, & queror animam meam. Iam quidem Israel colebat etiam Baal, agente Iezabel. Et hoc addidit, inquit scriptura, Ahab in opere suo irritans dominum, quod scilicet seruuit Baal & adorauit illum. Sed omnis idololatriæ caput in Israel erat cultus vitulorum. Nam & Baal & cetera portenta daemoniorum ab alijs gentibus suscepunt, vitulum autem vt colerent, reges Israel à semetipso excogitauerunt. & in illo scelerē omenes perfeuerauerunt. Vnde in Osee, cum dixisset dominus de regibus & principib⁹ illis, Usquequo non poterunt emundari, continuo caulfam istam subiunxit, Quia ex Israel ipse est, artifex fecit illū, & nō est deus, subauditur vitulus, de quo præmisserat. Projectus est vitulus tuus Samaria. Et est sensus, Idcirco reges & principes Israel nō possunt emundari sive reuocari a cultu vituli, quia nō per ignorantiam in illo peccant, sed per malitiam, & nō ab exteris gentibus decepti cultum illius suscepserit, sed à semetipso excogitauerunt. Vnde & congrue dīj est, Artifex scilicet Ieroboam, fecit illū, sicut scriptum est. Dixitq; Ieroboam in corde suo. Nunc reuertetur regnū ad dominum David, si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem, & excogitato consilio fecit duos vitulos aureos. Artifex ergo fecit illū, quia Ieroboam excogitato

LIBER V.

FOL. 28.

excogitato consilio fecit eum. Igitur quāuis Baal, & multa alia idololatriæ monstra fuerint in Israel, tamen vitulum illū idololatriæ caput recte dixerim, quia videlicet cetera portenta Israel ab exteris gentibus accepit, & a cultu illorum aliquoties cohiberi potuit. Nam & Baal Iehu delevit de Israel, sed vitulos à semetipso Israel excogitauit, & neq; Iehu, neq; quisquam regum Israel a cultu illorum vñquam recelit.

Hoc caput, tamen si mitē videretur, tamen aque ut reliqua pernicioſum fuisse populo dei.

CAPVT III.

Quæ autem facies ex omnibus capitibus, siue faciebus aduersari, saepe dicti ita poruit manueta videri, vt ista facies vituli. Facies aliae truce sunt, scilicet facies draconis, facies leonis, facies vrsi, facies pardi, facies bestiæ terribili & fortissimis dentes ferreos habentis, comedentes ac̄p comminuentis, & reliqua pedibus conculeantis, per quæ significari iam diximus regna, quæ contra promissionis verbum persequitionem fecerunt, regnū Aegyptiorum, regnum Babyloniorū, regnum Persarum & Mædorum, regnum Græcorum, regnum Romanorū. Facies ista vituli, facies est mitis, per quam (vt dīj est) denotatur regnū Israel, ex quo Ieroboam vitulos aureos fecit. Num ergo sicut facies ista, mitior est faciebus illis, ita regnū Israel mitius. Vituli facili-
es mitis. q; illa regna egit, minus nocuit. Imo quanto magis domesticus erat, tanto maiora damnata fecit, tanto magis domū subvertit. Quid enim vel quantu fuerat actum, dū occis⁹ prophetis domini, & omni populo sequente imperiū Iezabel & Achab, solum se derelictū puraret Helias, licet superessent septem milia virorū, quorū genua non sunt incurvata Baal? Et quidem Baal delēvit Iehu de Israel, vt iam dīj est, sed cultus vituli & populū cum regibus irrevocabiliter captum mente tenuit, & tantū effecit, vt translatus Israel de terra sua, corpore quoque captiuus fieret, captiuate insolubili prædicente domino in Olee. Quia non addam ultra misereri domini Osee 1., Israel, sed oblitione obliniscar eorū, & domū Iuda miserebor, id est, decem tribibus sub Alysiis in perpetua captiuate permanentibus, tribum Iuda de Babylonica captiuitate reuocabo, post septuaginta annos. Cætera regna Israelem in corpore percusserūt, regnū Israel in anima semetipsum occidit, occidendo prophetas domini propter vitulos, quos nullus ex regibus Israel relinqueret voluit. Habebar etiam cū regia vi quandam hypocritism. In quo: In eo videlicet, quid ore retinebat, & cōmemorabat beneficia dei. Per hoc nequissime peccans, q; illius beneficia mutis & inanimantibus ascriberat vitulorū simulachris dicendo. Ecce dīj tu Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et celebrabat diem solennem, in mense octavo decimoquinto, Reg. 12. de mensis, in similitudinem solennitatis, quæ celebrabatur in Iuda.

Quodnam primum verbi dei bellum aduersus hoc caput fuerit. CAP. IIII.

Quanto ergo nequior erat hostis, tanto maius, tantoq; promptius oportebat adesse prædictū verbi dei. Et ita factum est. Tunc enim plures ac̄p crebriores prælii sui tubas fecit audiri verbum domini, scilicet prophetas quos misit, addendo cum vocibus eorum virtutem in signis ac̄p prodigijs. Initium duelli, primāq; congressio verbi domini & huius capitis, id est, regni Israeliticū taliis fuit. Ascendente Ieroboam super altare vt adoleret incensum, & ecce vir dei venit de Iuda in sermone domini, & exclamauit contra altare, & ait. Altare altare, haec dicit dominus, Ecce filius nascitur domū David, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdos excelsorum. Et deinceps. Hoc erit signū quod loquuntur eft dominus. Ecce scindetur altare, & effundetur cenis qui in eo est. Extendente autem Ieroboam manum suam de altari, & discente, Apprehendit eum, exaruit manus eius, nec valuit eam retrahere ad se, altare quoque scissum est, & effusus est cenis de altari iuxta signū quod praedixerat vir dei in sermone domini. Post hunc adhuc viuebat Alys Silonites, qui loquuntur fuerat Ieroboam, quod regnaturus esset super Israel. Ille loquente in se domino. Ego (inquit) ad Ieroboam misus sum, durus nuncius, qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes, qui ausem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues coeli, quia dominus loquutus est, & cetera. Post illum fuit Iehu filius Anani, ad quem factus est sermo contra Baala, qui percusserat Nadab filium eiusdem Ieroboam, iuxta eandem sententiam. Qui (inquit) mortuus fuerit de Baala in ciuitate, comedent eum canes, & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres coeli. Post hunc verbi dei vexillum erigens igne curru triumphabat Helias, deinde Helislaus, simulq; filii prophetarum plurimi, ex quibus centum viros paut Abdias seruus domini in speluncis, cum interficeret Iezabel prophetas domini. Deinde & hi quorū extitit libri proprii, quorum si tempora consideres secundum gesta titulosq; libris præfixos, planè perpendis, quia verbum domini nullus regum tempore propositum neglexit, semperque diaboli mendacium in idolis, veritas dei redarguit in prophetis.

Quod Iehu primus pro testimonio verbi dei occubuerit.

CAP. V.

Vis primus in illo conflictu sanguinē suū fuderit, & pro testimonio verbi dei occubuerit, minus perulgatū est à venerabilium doctorum scriptis, q; cupit diligens quipsum spectator

E iii spectator

^{z. Reg. 16.} spectator huiuscmodi prælij, cum de nomine eius scriptura non tacererit. Hic enim dictus est Iehu filius Anani, cuius scriptura ita meminit, ut iam dictum est. Factus est autem sermo domini contra Baala, dicens. Porro q̄ exaltaui te de puluere, &c. Post quæ ita subiungitur. Cum autem in manu Iehu filij Anani propheta, verbū domini factum est contra Baala, & contra dominum eius, & contra omne malū quod fecerat coram domino, ad irritandū eū in operibus manuum suarū, ut fieret sicut domus Ieroboā. Ob hanc causam occidit eū, hoc est, Iehu filij Anani prophetam. Splendide illū scriptura sacra nominauit, ita tertio loco replicans occidit eum, hoc est, Iehu filij Anani prophetam. Et sciendum, q̄ nullū ante hunc ab initio promissionis nominari tradit scriptura, occīsum suffit propter verbum domini. Optaret ergo diligens spectator certaminis verbi domini, ut sicut post Abel Zacharias filius Barachij, quem occiderunt inter templum & altare, ita & iste periuulgatus esset proprio nomine, quia verē non parui est meritis, cuius à sanguine primū accepit draco ille magnus, q̄ rufus miceretur esse & dici. Tenor propositi nostri notiorum nunc ē nobis reddidit, quia videlicet ubi sermo est vel opus de victoria verbi dei, latē non debuit is qui sanguinem fuisse primus legitur in prælio verbi dei, dum contra hostem antiquum proficiscitur, missus ut fidelis legatus verbi dei.

Quod mysterio non caret, à leone prophetam in via occīsum.

C A P. VI.

^{z. Reg. 17.} **I**gitur, quoniam hic primus est illorum, qui verbo dei suum in officio prophetali sanguinem impenderunt, perpende nunc q̄ pulchrum, q̄ congruum præcessit, ad gloriam eiusdem verbi pertinens mysterium. Ille vir dei qui venit de Iuda, in sermone domini in Bethel, ut supra dictum est, Ieroboā stante super altare, dixit. Altare altare, ecce filius nascitur domini Daud, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum. Ille, inquit, mandatū accepit in sermone domini præcipiens. Non comedet panem, nec bibes aquam, nec reuertaris per viā qua venisti, sed fessellit eū pphetes senex, qui habitabat in Bethel, ut comedet panē & bibet aquam in domo eius. Propter hoc inuenit eum leo in via, & occidit, & cadaver eius erat projectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadaver. Forma hęc mystica est, & prædicti sancti prophetæ Iehu filij Anani, & omnīs sanctorum & prophetarum, qui occisi sunt vel occiduntur, proprie testimonium eiudēm verbi dei. Quibus ipsum verbum incarnatum dicit. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hęc non habent amplius quid faciāt. Ille nanc̄ leo qui occidit, & iuxta cadaver stetit, diabolum & satellites eius impios homines signat, per quos cum sanctorum corpora occiderit, stat, nec potest ad nocendum progrederi ultra, quia diabolus nec manducare nouit corpora, cū ipse sit spiritus, nec consequi potest animas extra corpus, quas in corpore sequitur. Si quid ergo peccati ex carnali commoratione serui dei contraxerunt, & ob hoc inimicus aliquando permittitur occidere corpora eorum, illa contentus sit poena, stetq̄ iuxta cadavera, id est, nihil amplius vel animabus, vel etiam corporibus, quia resurgent se posse nocere sciat. Nec enim efficere potest, ut saltē corpora moriendo pereant deo. Quod pulchre signatum est per hoc, quod occīsum non deuoratur, sed iuxta cadaver stetit leo.

Quid duodecim scissure pallij Abie Silonitæ significarint.

C A P. VII.

^{z. Reg. 11.} **P**orto verbum dei sicut potestatem habet postquam occiderit, mittere in gehennā, sic potestatem habuit postquam propheta mortui vel occisi fuerunt, eorum nihilominus implere prophetam, id est, demeter posteriora regum impiorum, ut qui moreretur ex eis in ciuitate, comederent eum canes, & qui moreretur ex eis in regione, comederent eum volucres cœli, sicut predixerat iam dictus propheta Iehu filius Anani de Baala, sicut predixerat Abias Silonites de Ieroboā. Non leviter attendendum, nec enim parum spectat ad gloriam verbi dei, semper veri, semperq̄ vincentis, cui videlicet verbo vincere est, quicquid dixerit verū fieri, veritatemq̄ eius pulchre cōmendat illa, quæ tñ siebat multiplex Israëlitici scissio regni. Ia dīctus Abias Silonites, quale Ieroboā mōx future regnū præfigit regni dederat, apprehendens pallium suū nouum, quo opertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad illū. Tolle tibi decem scissuras, Haec enim dicit dominus deus Israel. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Quid sibi hoc voluit, q̄ non ita duas tantū ex uno pallio fecit scissuras, sicut duo tantū ex uno populo siebant regna, videlicet quia si futuri erat, ut regnum scissum à domo Daud, quod dimisiteretur eide Ieroboā, scinderetur de cœs, & ita factū est. Prima nanc̄ scissio facta fuit in ipso Ieroboā. Secunda in Baala, qui percussit Nadab filium eius, & regnauit pro eo. Teria in Zambri, qui percussit filium Baala, & regnauit pro eo. Quarta in Ambri, qui ad mortem persecutus est Zambri. Quinta in Thebin filio Gynet, quem percussit idem Ambri pater Achab. Sexta in Iehu filio Namsi, qui percussit Ioram filium Achab, & regnauit pro eo. Septima in Sellum, qui percussit Zachariam pronepotem Iehu. Octava in Manaem, qui percussit Sellum, regnauitq̄ pro eo. Nona in Face, filio Romelij, qui percussit Faceiam filium Manaem, regnauitq̄ pro eo. Decima in Olee, qui percussit Faceiam filium Romelij, regnauitq̄ pro eo.

pro eo. Vel certè quomodo Thebin, in quo quintam scissionem diximus non saltem vno die regnasse, sed tantum media pars populi cum fecuta fuisse legitur, ut regem constitueret, nec prævaluit. Omisso illo, quinta scissio fuerat in Iehu, sexta in Sellum, septima in Manaem, octava in Face filio Romelij, nona in Olee, decima in rege Assyriorum, qui Israēl scissum à deo, sedidit etiam à loco vel terra sua, transiitq; in Affyrios. Igitur sic est, ut ipsum verbum dixit. Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Et sicut scriptura veridica prædixit. Verbum autem domini manet in æternum. Quia & compleat verba prophetarū suorum, postquam illi mortui vel occisi exaruerunt tanquam scenū, & ipsos faciet refugere forces & excelsos super ligna cedrorum.

Deum iustū iudicio regem Ieroboā super Israēl constituisse, non ut peccare faceret, sed quia peccatū erant.

C A P V T VIII.

Dicit aliquis. Quomodo iustificabitur & quomodo palmam veritatis hoc verbum in eo quoq; obtinetur, quod tales hominem Ieroboā regem super Israēl ordinavit. Sciebat aut nesciebat, quod ille facturus esset Israēl peccare? Si sciebat, cur illum ordinabat, & quo iure puniebat? Si nesciebat, quomodo vincit semper cum iustitia? Vel error aut incītia ad victoriā non pertinet? Ad hęc inquit, Non nesciebat verbum & sapientia, sed optimè sciebat, & tamen in iudicando integrā illi est veritatis & iustitiae palma. Iudicatio hoc nanc̄ fecit, & iudicium eius non in hac re penitus later. Quamvis iudicia eius sint abyssus multa, quamvis sint incomprehensibilia, tamen quadam sūnā quæ ex nonnulla parte possunt cognosci, illa vide-licet, quorum causas ore suo aperire dignatur. De quibus Psalmista dicit. In labijs meis pronunciavi omnia iudicia oris tui. Quia tandem ex causa iudicatus est, ut talis daretur rex, qui peccare faceret Israēl illa videlicet, quia peccare volebat Israēl. Ex quo putas voluntate pec-^{Palm. 112.}candi habuisse Israēl? Ex eo, inquit Moës, dicit, quo egressus es ex Aegyptio usque ad locum istum, semper aduersus dominum contendisti. Hęc & cetera cum dicit, quibus utiq; dictis de reatu virtuti illos accusat, quem fecerūt in Horeb, manifestum est, semper illos ad eandem pro-^{Deute. 9.}clues fuisse idolatriam, præteritum cum & in propheta deus ipse dicit. Nunquid hostias & la-^{Amos 5.}crictium obtulisti mihi in deserto quadraginta annis domus Israēl? & portas is tabernaculū Moloch idōlo vestro, & imaginem idolorum vestrorū, sydu dei vestri, quod fecisti vobis? Pro-^{2. Para. 11.}pter hoc Moës & Aaron lapidare voluerunt, propter hoc Samuelem, imo & in Samuele do-^{Osce 4.}minum, sicut & ipse restatur, abicerunt, propter hoc Daud perfecuti sunt, & de regno eicerunt. Propterea roties dixerūt. Nō est nobis pars in Daud, nec hereditas in filio Iisai, quia peccandi voluntatem habebant, & sub sanctis principibus peccandi facultatem non habebat. Quod ergo tandem Ieroboā dati sunt, sub quo vel cum quo virtutē sibi pro deo statuerunt, sicut facere cōperant, quando ex Aegyptio egressi sunt, iudicium extitit iudicium verū, quod in alio propheta dicit. Particulae idolorum Ephraim dimite eum. Ecce si quereras, cur dicat dimittit te eum, subinde causam reddens, dicit. Non dabunt cogitationes suas, ut reuertantur ad domi-^{Osce 5.}nū, iusti igitur iudicij est, q̄ dimisit eos secundum desideria cordis eorū, ut sint in dissen-tionibus suis. Gratuite vero misericordiae erat, q̄ pro illis qui ignoranter errabant & scitū lo-^{Hebr. 7.}quebatur in prophetis, sciebatq; ad eos verbum domini armatum signis & prodigijs, ut cognoscerent ex operibus, quia dominus ipse est deus, dominus ipse est deus.

Heliā prophetam, ne ignorantēs simul cum in vijs errarent, à deo misserū eſe.

C A P V T IX.

Cum signs nanc̄ & prodigijs, & cum fortitudine zeli tunc sele exhibuit verbum domini Eccle. 48. Cvehementius in Hella, de quo in laudibus patrum ita veracriter dictum est. Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbū ipsius tanquam facula ardebat. Verbo domini continuo ecclū, & deiecit à se ignem terre. Sic amplificatus est Helias in mirabilibus suis. Et quis potest similiiter gloriari tibi, hęc ut diceret, scilicet Heliam surrexisit quasi ignem, & verbū eius quasi faculam ardente! In admirationem ille sapiens excitatus est, pro eo q̄ de eodem Helia sic repente scriptus est. Et dixit Helias Thesbites de habitatoribus Galaa ad Achab. Vnde dominus deus Israēl, in cuius conspectu s̄lo, si erit annis his ros & pluvia, nisi iuxta oris mei verba. Ita repete illius est Helias, ut quæadmodū dixit Apostolus de Melchisedech, ita & de isto, si sele Melchise-præbusset occasio, dicere potuisse. Sine patre, sine matre, sine genealogia, nec initii dierū, nec dech. finem vita habens. Sicut enim illius, ita & istius patrem & matrem & genealogiam & numerū annorum scriptura tacuit, & finem vice non habuit, quia receptus est (ait idē qui supra) turbine ignis, & in curru equorum igneorum. Quam receptionem eius si ritē perpendis, etiam illud apponere licet, quod adiuc dictum est de Melchisedech, assimulatus autem filio dei manet fa-cēs dech. dei cēs in æternum. Sacerdotem nanc̄ hunc suffit constat, quia scriptum est, vbi, quando, & quomodo holocaustum obtulerit, & (sicut iam dictum est) receptum est in turbine ignis, atq; ita assimulatus